Raymundus Tellería

# VEN. SORORIS MARIAE CAELESTIS CROSTAROSA EXPERIENTIA PRIMA RELIGIOSA APUD CONSERVATORIUM SS. IOSEPH ET TERESIAE IN OPPIDO MARILIANI (Marigliano), 1718-1723

Quotquot norunt primordia Instituti alfonsiani, sibi pariter familiarem reddiderunt effigiem psichologicam atque spiritualem Ven. Sororis Mariae Caelestis Crostarosa, cuius sic dictae revelationes pondus haud leve contulerunt ad externam eventuum maturationem ac progressionem et cuius spirituales necnon regulares instructiones vim suam exercuerunt atque adhuc exercent tam in patrimonio ascetico duplicis Instituti SS. Redemptoris, quam in eorumdem statutis domesticis. Inde obviae scatent consequentiae plures, ac prae primis necessitas dignoscendi atmospheram seu « ambientem » familiarem et claustralem, ubi Soror nata est, adolevit atque primum tentamen vitae monasterialis egit.

Relata vero ab aliis biographis (1) referre nolo, sed potius in medium producere nova quaedam documenta, in spem bonam ego illectus adventuros esse alios indagatores, qui possint ac velint explorationem hodiernam persequi et fructuosius complere. Quoniam igitur praedicta Ven. Soror Maria Caelestis Crostarosa tirocinium probationis claustralis subiit atque professione coronavit apud Sorores carmelitanas reformatas Marilianenses,

(1) Inter biographos excellit J. Favre, *Une grande mystique au XVIII siècle. La Vénérable Marie-Céleste Crostarosa*[2], Paris 1936. - In praefatione, etsi recenset fontes quibus usus est, affirmat : « Notre livre est surtout l'histoire d'une âme ». Idcirco non caret erroribus chronologicis nec salutavit chartas archivales Congregationi alienas, et praesertim notariles, sine quibus manca ac lacunosa promitur quaelibet huius naturae historia. - Sororis Crostarosa *Autobiographia* manuscripta, quam sub oculos habemus, servatur in archivo romano Postulationis. Codex iste originalis constat duplici fasciculo seu « quaderno », quorum alter (27×18 cms.) numerat 64 paginas, capitibus et soliloquiis distinctas, alter vero (35×24 cms.) 76 paginas. Illius dicta et narrata egent quandoque comprobatione documentaria, quia compilata sunt fere sub vesperum vitae suae, procul tempore ac loco ab eventibus in prima parte relatis. Praefatae *Autobiographiae* iungitur in archivo Postulationis copia processus Roccae Piemontis (an. 1737), tracta ex codice originali custodito apud Abbatiam Cavensem (Cava dei Tirreni) : Cancell., n. 22, f. 114 ss.

huius Reformationis eiusque regularum cognitio praeambula efficiet magis obiectivam indaginem ulteriorem. Praemonere opus est, Sororem Crostarosa non nisi post plures annos, nempe an. 1731, assumpsisse in monasterio Scalensi nomen professionis « Maria Celeste del SS. Salvatore », quo deinceps et usque in praesens honorata fuit a coaevis atque ab historia: primitus vero, speciatim dudum praelibare edocta est Mariliani roscida mella contemplationis, portavit aliud agnomen: « Candida del Cielo »; quapropter ab articulo hodierno expungimus nomenclationem « Suor Maria Celeste del SS.mo Salvatore », quae solummodo spectat ad secundam periodum Scalensem atque ad ulteriores Sororis annos. Copiosa documentorum et notarum messis inseritur vel adiungitur expositioni factorum ideo, quod satisfacere intendimus votis eorum qui sese accingunt ad biographiam Ven.lis Mariae Caelestis — in sua quisque natione — exarandam et quibus arduum fieret fontes archivorum adire: praeterquam quod eiusmodi notitiae afficiunt quoque alios viros studiosos rerum ecclesiasticarum neapolitanarum, quae ratione originis Instituti nostri servant cum eiusdem historia relationes intimiores.

## I

### Reformatio Carmelitana sub ductu Ven.lis Seraphinae de Deo

#### 1. - *Capreis (Capri) an. 1661 inchoatur Reformatio et celeriter in regno neapolitano propagatur.*

Ven. Soror Seraphina de Deo, vulgo dicta « Suor Serafina da Capri », promicat inter pias sanctimoniales Fundatrices aut Reformatrices, quae decursu saeculi XVII nomen et gloriam sibi compararunt intra neapolitani regni confines (2). Nata porro Neapoli prope paroeciam S. Ioannis Maioris die 24 octobris an. 1621, translata fuit a pueritia in insulam Caprearum cum patre suo mercaturae dedito. Labente tempore, quadraginta annos iam emensa, in ecclesia neapolitana B.M.V. de Monte Carmelo « al Gran Mercato », superna inspiratione est adducta mense aprili an. 1661, ut induens vestem « di lana di color lionato » (3) excitaret sub patrocinio S. Teresiae novam familiam religiosam, seu melius: quamdam vivendi formam claustralem tempori suo ac genti meridionali magis consonam, utpote aptatam conservatoriis noviter instituen-

---

(2) Nic. Sguillante - Tom. Pagani, *Vita della Ven. Suor Serafina di Dio,* Napoli 1723. - Dicatur opus card. Orsini, archiepiscopo Beneventano, cuius benevolentia et munera erga filios S. Philippi Neri extolluntur in praefatione. - Cfr Arch. Vaticano. Processus, Riti, v. 426, Proc. Ord. Ven. Seraphinae de Deo an. 1741 exaratus.

(3) Sguillante-Pagani, *l. cit.,* 137.

dis potius quam monasteriis antiquis traditione saeculari fruentibus.

Huius Reformationis initia celebrata sunt Capreis die 2 octobris eiusdem anni 1661, praeeunte divino lumine quo Fundatrix instructa est protomonasterium Caprense dicandum esse divino nostro Salvatori, totius operis Capiti (4) atque exemplari, cuius titulo ac nomine posthac conservatorium insulanum nuncupatum fuit (5). Ab Institutionis pariter exordiis delegit Ven. Soror Seraphina, praeter B.M.V. caeli Matrem ac Reginam, efficaces patronos SS. Ioseph et Teresiam, quibus postmodum adscribere et dicare sategit plura ex asceteriis, quae celeri rythmo intra patrios limites erecta sunt, sive Fundatrice duce, sive post eiusdem obitum.

Quorum elenchus, etsi fortasse incompletus, nostra etiam interest non solum ut perspiciatur natura et efficacia Reformationis, cui ad tempus adhaesit Ven. Soror Crostarosa, sed etiam quo melius clarescat benevolentia S. Alfonsi erga eiusmodi asceteria, ad quae non semel accessit et peramanter rescripsit : immo palam declaravit se Institutionis regulas plene novisse ac summopere aestimasse (6). Ecce ergo primi semisaeculi parvum agmen monasteriorum, simul cum fundationis anno, titulo atque origine, quatenus haec adiuncta dilucidare potuimus ex fontibus fide dignis (7).

---

(4) « Egli [il SS.mo Salvatore] sarà il nostro primo Capo : ed è uno nome bello e giocondo a proferire. Da questo santo nome, Salvatore, mi sento rapire l'anima ». Et parum prius : « La nostra vera Madre, Regina e Padrona sarà la gloriosa Vergine Santissima... Dopo la Regina del cielo, per nostra Madre cara eleggiamo S. Teresa... Sarà ancora nostro Protettore S. Michele arcangelo... Il nostro Padre sarà ancora il glorioso Patriarca S. Giuseppe, Sposo della Beatissima Vergine Maria ». SGUILLANTE-PAGANI, *l. cit.*, 160. - Haud aliter loquetur Soror Crostarosa initio sui Instituti, proponens eiusdem ideam exemplarem iuxta mentem Patris Aeterni : « Siate in terra la viva Imagine del mio Unigenito, che è solo Capo e Principio di questo ordine ». *Analecta CSSR* 4 (1925) 92.

(5) Cfr *Spic. Hist.* 9(1961) 514; 10(1962) 203. - Alia plurima adferri possent testimonia, quorum unum sufficiat : « Monache del SS.mo Salvadore dell'Isola di Capri. - S'accorda alle medesime la franquigia di doc. 40 su de' commestibili per uso di quella comunità religiosa. - 10 gennaio 1790 ». Arch. di Stato, Napoli. Soprintendenza dall'anno 1770 al 1794, n. 696, Indice Generale, Lettera M.

(6) Cfr *Spic. Hist.* 9(1961) 514.

(7) Elenchum fundationum, usque ad obitum Fundatricis, nobis transmittunt SGUILLANTE-PAGANI, *l. cit.*, p. 266-298. Eumdem complent et revident an. 1741 compilatores processus beatificationis Ven. Seraphinae de Deo, l. cit. f. 150-152. - In archivo monasterii Fiscianensis servatur codex : *Libro Secondo della Fondazione. Monastero di S. Giuseppe (Fisciano)*. « Alli 12 marzo 1691. - J.M.J. ... questo Conservatorio e pro tempore Monastero di S. Giuseppe dell'Ordine di S. Teresa in questa Terra di Sanseverino nel casal di Fisciano dalla M. Rev[a] nostra Madre Suor Serafina di Dio... fù il settimo et ultimo monastero che da lei fusse stato aperto..., et il tutto copiato dal libro scritto da noi med[a] per ordine del R.P. Vinc[o] Avinati..., Direttore di essa nostra Rev[a] Madre » (f. 1). - Quo tempore excelluit Capreis Ven. Seraphina, exarsit Neapoli in coetu ecclesiastico controversia super « quietismo », cuius remugitus affecerunt quoque Servam Dei, prout in eiusdem biographia et processu comprobatur.

| *Locus* | *Annus* | *Titulus* | *Origo* |
|---|---|---|---|
| Capri | 1661 | SS. Salvatore | Domus mater |
| Massa Lubrense | 1673 | S. Teresa | Capri |
| Vico Equense | 1676 | SS. Trinità | Capri |
| Nocera di Pagani | 1680 | S. Mª della Purità | Capri |
| Anacapri | 1683 | S. Michele | Capri |
| Torre del Greco | 1685 | Immacolata Concezione | Capri |
| Fisciano | 1691 (8) | S. Giuseppe | Capri |
| | | Post obitum Ven. Fundatricis († 17 III 1699) | |
| S. Giorgio (Castel) | 1710 | SS. Rosario | Fisciano |
| Capua | 1714 | S. Teresa | Capri |
| Vallo di Novi | 1721 | S. Caterina da Siena | Capri |
| Tramonti | 1723 | S. Giuseppe | Capri |
| Bagnoli (Nusco) | 1725 | S. Catarina da Siena | Capri |
| S. Angelo a Fasanella | 1729 | S. Teresa | Massa Lubrense |
| Sarno | 1732 | S. Francesco Saverio | Capri |
| Napoli | 1734 | S. Teresa | Massa |

Quibus additur Mariliani conservatorium, de quo infra, omissum in elencho coaevo, quia eiusdem vita duravit solummodo octo annos (1715-1723). Ex praecedentibus habuerunt cum S. Alfonso immediatam ac prolungatam necessitudinem Fisciano, Nocera, S. Giorgio, Tramonti et Capua (9): mediatam vero, id est, per sanctimoniales inde ortas, Massa Lubrense et Capri. His postmodum adiunctum fuit conservatorium S. Ioseph in Ripa Candida, necnon in dioecesi Sanctagathensi conservatorium oppidi Fraxii (Fasso) (10).

---

(8) Nuper viri ecclesiastici salernitani adseruerunt: « Fisciano. S. Giuseppe: monastero femminile: fu fondato il 15 ottobre 1675 dalla Ven. Serafina di Dio ». G. Crisci-A. Campagna, *Salerno Sacra,* Salerno 1962, 551. Tale adsertum videtur minus fundatum. Fiscianense monasterium, ad quod plures abhinc annos accessi, florebat sub moderamine PP. Carmelitarum Calceatorum, dum ex opposito quae supersunt monasteria Reformationis Caprensis manent obnoxia PP. Carmelitis Discalceatis.

(9) Super monasterio S. Georgii (Castel S. Giorgio) cfr *Spic. Hist.* 8(1960) 434. Circa conservatorium Tramontii, *Ibid.* 10 (1962) 188, 204. - De asceterio Capuano cfr *Lettere di S. A.*, I, 218, 234, 236-241.

(10) E Massa Lubrense procedebat Soror Giuseppa della Croce, quae — inde recedens causa valetudinis — post aliquos annos instauravit Scalae monasterium SS. Conceptionis. Ex insula autem Capraearum prodierunt sanctimoniales reformatrices conservatorii Pocarae in Tramonti. Ad Ripam Candidam quod attinet, sufficit nomen iunioris priorissae Sororis Mariae a Iesu, inter filias spirituales S. Alfonsi eximiae (*Lettere,* I, 179, 190) ab an. 1750. Diximus « iunioris », quia an. 1789 adhuc praeerat communitati: « Die 14 augusti 1789. Costituta... nel Ven. Monist° delle R.de Monache Teresiane... di questa Terra di Ripacandida... le R.de Suor Maria di Gesù Priora, Maria Celeste dello Spirito Santo sottopriora... ». Arch. di Stato, Melfi. Prot. Not., Carlo Muro, an. 1789, f. 21v. - Sorores e Ripa Candida exules transierunt in monasterium Massalubrense, quo secum portarunt nomen et epistolam autographam S. Alfonsi. - Demum super conservatorio in oppido Fraxii (Frasso) Cfr *Spic. Hist.* 9(1961) 513.

2. - *Reformationis Caprensis lineamenta potissima eiusque Regulae*

Mira haec Reformationis diffusio indigeret solerti historiae indagine, quae de facto redditur difficilior propterea quod, exhausto primo Institutionis impetu atque evanescente memoria Fundatricis, monasteria supra memorata aut extincta sunt lapsu temporis aut renuntiarunt primaevae autonomiae atque adhaeserunt simplici ordini Teresiano femineo sub moderamine PP. Carmelitarum Discalceatorum aut Calceatorum. Secretum vero prioris propagationis reponendum est non modo in Reformationis spiritualitate, verbis exemplisque Fundatricis enutrita, verum praesertim in scopo quadamtenus sociali conservatoriis praefixo. Societas namque illius aetatis novit et probavit impulsionem classis mediae (*borghesia*) inter cives, pro quorum filiabus seu puellis desiderabantur perfugia ad illas educandas consona et ad earum vocationem religiosam confovendam necessaria. Adhuc etenim vigebat mos priscus reservandi coenobia feminea regularia puellis nobilibus, exclusa prorsus ab illis qualibet contaminatione classis inferioris sive mediae, nisi ageretur de sororibus conversis, quae intra claustra inserviebant monialibus professis matronis (*dame, donne*), non secus atque in palatiis famulare cogebantur: quin etiam, intus claustra non raro singulis monialibus addicebantur conversae singulae, quandoque duae vel tres.

Puellis ergo classis mediae instituendis atque praefixo nobili « Don » carentibus (11) destinabantur Reformationis conservatoria, quorum ortus, evolutio iuridica et progressio oeconomica subiacuerunt intra regnum neapolitanum exigentiis locorum, nunc fixis, nuc transeuntibus. Hinc dum in aliis viguit fere ab initio clausura quae videtur papalis (12), in aliis solummodo episcopalis: immo, vocabulum « clausura » interdum in documentis coaevis nihil aliud significat quam murum materialem cingentem domos vel hortos. Unde quis minime stupet de discessu sat frequenti monialium a

(11) Ecce textus Fiscianensis: « Tutte le monache si chiameranno ugualmente col titolo di Suore, e non col *Don,* ancorché l'avessero per sangue: similmente nell'educazione niuna si chiami col titolo di *Don,* e le converse si chiameranno Sorelle ». *Regole,* cap. V, f. 25v - Item: « Questo monastero solo di nascita civile, e non nobile, e prega la detta Priora [*id est, scriptrix*] tutte le figlie di S. Giuseppe che verranno appresso, mantenersi nel medesimo modo, se desiderano haver pace fra loro ». *Libro Secondo della Fondazione,* l. cit., f. 15. Dictum « nascita civile » respicit classem mediam et opponitur coetui nobili.

(12) In elencho domorum adnexo processui beatificationis adnotatur: « Due di essi [conservatorî], cioè quello di Nocera e quello di Annacapri hanno posta in esecuzione la clausura, il che resta da farsi da altri monasterj, specialmente dal nostro [Capri] ». Arch. Vaticano. Riti, Processo. l. cit., f. 150. - Idcirco anno 1747 navarunt operam coram S.C.Ep. et Reg. ad mutandum conservatorium Caprearum in monasterium regulare. Arch. Vaticano. Vesc. e Reg., Regestum Monalium, sine fol. 2 dec. an. 1747.

proprio conventu, quin ulla fiat mentio de cautelis concilii tridentini circa exitum vel translationem sanctimonialium.

Reformationis mentem ac praxim, qualem mox suxit sibique appropriavit Ven. Soror Crostarosa in conservatorio Marilianensi, nobis plane commonstrant tres codices coaevi, alter Nucerinus, alter Fiscianensis, tertius Massa Lubrensis. Codex Nucerinus (13) monasterii S. Mariae Puritatis inscribitur: « *Libro della Fondazione, Costituzioni, Clausura e Regola.* 1716 ». Ab initio palam praeconatur huius fundationis vinculum cum protomonasterio Caprensi: « Si fondò con il titolo di S. Mª della Purità con le Regole di S. Teresa: le stesse del monistero di Capri, fondato da Suor Serafina di Dio, coll'abito e forma che in quello si veste » (f. 18) (14).

Praecitato codici Nucerino sociatur et Fiscianensis, hodieque in honore habitus apud moniales carmelitas illius loci. Certe quidem, si non agitur de codice originali Capreis usitato et forsitan Fiscianum translato post suppressionem protomonasterii Caprensis, huius statuta refert authentica, praecedente titulo huius tenoris: « *Regola di S. Teresa secondo la mitigazione fatta da' Sommi Pontefici: da osservarsi dalle Monache del SS.mo Salvatore dell'Isola e Città di Capri* » (15). Sub finem exscribitur caput additionale, quod directe respicit communitatem Fisciani: « Considerando Mons. Poerio (16), arcº di Salerno e Superiore Ordinario di questo Conservatorio il pocho [*sic*] comodo che tiene il medº di osservare l'astinenza..., col parere de' medici sotto il 20 novembre 1717 emanò decreto moderando dette Costituzioni. Salerni, die 12 junii 1719 » (17).

Tertius codex coaevus prostat in monasterio monialium car-

---

(13) Codex chartaceus (16×9 cms.), bene ligatus et conservatus, numerat 144 folia.

(14) Subiungit quod, praevio decreto S. Congregationis, instituta fuit clausura an. 1716 et quod die 23 februarii eiusdem anni emiserunt solemnem professionem moniales, quarum nomina singulatim ibidem adducuntur (f. 58-63).

(15) Codex chartaceus (20×10 cms.), eleganti pelle religatus atque uncinis metallicis clausus, contat 48 foliis. Si conferatur cum codice Nucerino, animadvertuntur quaedam inter utrumque differentiae quoad ordinem capitum et quoad modum sese exprimendi.

(16) Rev.mus Fr. Bonaventura Poerio, ex Minoribus Observantibus, regebat dioecesim salernitanam ab anno 1697 habuitque successorem an. 1723 Rev.mum D. Paulum Vilana Perlas, natione hispanum, cuius nomen desideratur in collectione: *Le Chiese d'Italia*, auctore G. Cappelletti, vol. XX, Venezia 1866, 312.

(17) Moderatio, praeter rationes valetudinis, exigebatur ex adiunctis loci sat dissiti, ut aliis cibis substituerent abstinentiam perpetuam: « Astenersi perpetuamente della carne nella menza comune, secondo la Regola della nostra Madre S. Teresa » (Cap. X: Del Vito Cotidiano). Ceterum pro monasterio S. Mariae Puritatis legitur in appendice codicis Nucerini: « 1756. Per le forti e continue infermità che le religiose soffrivano fù accordato a tutte di potere mangiare carne in comune e fù abolito quel punto regolare che dice doverle mangiare le sole inferme ». Fortasse S. Alfonsus, ab annis Nuceriae prope monasterium degens, non fuit alienus a suadenda hac mitigatione.

melitarum Massae Lubrensis ac refert identicam dependentiam a protomonasterio Caprensi: «*Regola di Santa Teresa secondo la mitigazione fatta da Sommi Pontefici: da osservarsi dalle Monache del SS.mo Salvatore dell'Isola e Città di Capri*» (18).

Ex hoc igitur triplici fonte manuscripto perspicitur physionomia regularis, ascetica, liturgica, educativa totius Reformationis, licet in singulis conservatoriis appareat etiam parumper mutata ex consiliis praeceptisve Ordinarii loci. Praestat in primis adhaesio Reformationis cardini iuridico, saltem nominaliter, carmelitarum S. Teresiae. Equidem si, ut statim sublineabimus, Ven. Serafina de Deo denominationem SS. Salvatoris adiudicavit protomonasterio Caprensi ac per extensionem suis filiabus, nequit titulus iste iuridicus applicari universae Reformationi, quae in protocollis publicis mox adferendis compellatur particeps «Ordinis Teresiani».

Quae sane participatio nobis enucleatur ex accessu ad ipsas Regulas. Codex namque Nucerinus, post historiam fundationis S. Mariae Puritatis (f.1-72), praemittit textum: «*Libro Primo delle Regole seu Costitutione* [sic] ...*fatte dalla Santa Madre Teresa, corrette e approvate*...*per Sisto V e Gregorio XVI*. Extra locum esset revocare quaestiones super constitutionibus teresianis, quarum authenticitas declaratur indubia a cultoribus arte critica praestantibus (19). Nihilominus folia S. Teresiae induunt vestem practicam potius quam speculativam ac doctrinalem: idcirco incorporata fuerunt primo Libro codicis Nucerini, cuius textus exhibet — praeter haud paucas differentias cum editione hispanica — coincidentias disciplinares, quae postmodum in regulas crostarosanas, immo et in alfonsianas transmigrarunt, v.gr. Cap. 14: delle colpe. - Cap. 15: della colpa leve. - Cap. 16: della mezza colpa. - Cap. 17: della colpa grave. - Cap. 18: della colpa più grave. - Cap. 19: della colpa gravissima» (20).

Secundus Liber eiusdem codicis Nucerini continet proprias Ven. Seraphinae spirituales Constitutiones: *Delle Costituzioni... fatte dalla qm. R. Madre Suor Serafina di Dio, loro Madre* (f. 102-109). Singulis pro unaquaque materia capitulis complectitur (ad

---

(18) Ex defectu temporis impeditus sum quominus post lectionem codicis absolverem illius transcriptionem, saltem quoad principalia.

(19) Cfr S. Teresa de Jesus, *Obras*, VI, *Constituciones*, Burgos (ed. Silverio) 1919, VII-XXX.

(20) In suis Constitutionibus (*l. cit.*, 17-26) S. Teresia distribuit gradus culparum: « Del capítulo de culpas graves. - De media culpa. - De grave culpa. - De más grave culpa. - De gravísima culpa ». Eiusmodi graduationes devenerant communes pluribus statutis claustralibus.

instar primae partis codicis Fiscianensis) potiores virtutes a Sororibus exercendas, sive ex oblationis religiosae vinculo, sive ex imperio vitae communis, sive ex participatione in officio chorali. Iam vero : qui etiam leviter rependit plures huius Libri praescriptiones minutas vel asceticas elevationes comperiet haud raras analogias cum posterioribus constitutionibus crostarosanis, quin tamen inde eruatur semper dependentia mutua, cum sufficiat coincidentia.

Tertius denique Liber, proprie directivus ac densior, respicit modos practicos regendi domum atque obeundi singula communitatis officia : *Dell'Officiali del Monastero e sue elettioni* (f. 109-144) : quibus officiis discernendis atque explendis destinantur 26 codicis capita. In ipsis non ultimas tenent partes, pro fine quadamtenus activo Reformationis, statuta quibus consulitur receptioni, institutioni et professioni educandarum, novitiarum et neoprofessarum, v.gr. : Della Maestra delle Educande (cap. 4) (21). - Del modo di ricevere le Educande e Novizie (cap. 5) (22). - Della Maestra delle Novizie (cap. 6). - Della Maestra delle Giovine (cap. 8) (23). Quae sane connotare volui, ut mox deprehendatur facilius quo pacto demandatae fuerint Sorori Crostarosa, professae, vices graviores educandi novitias Marilianenses.

Nunc autem, ultra et extra codices supra dictos, iuvat efferre Reformationis animam, adhaerentem pro sua inspiratione teresiana Humanitati Sanctissimi Salvatoris nostri Iesu Christi : cuius amorem et nomen pia Fundatrix gerebat ore, corde atque operibus. Nihil inde mirum quod moniales suas vocaret quoque « filias SS.mi Salvatoris » et quod, afflante Ven. Seraphina, effigies divini Salvatoris non solum ornaret altare maius ecclesiolae protomonasterii Caprensis (24), verum etiam cingeretur maximo honore apud con-

---

(21) « Deve questa Maestra non solo insegnarle le virtù cristiane, ma... disponendole suavemente per lo stato religioso » (cap. 4).

(22) Pro educandatu accipiantur puerulae « non meno di sette anni e che non eccedino di dodici » (cap. 5). « Le donzelle che entreranno per educande e poi per monacarsi siano vergini in capillis, e si non si possano trattenere oltre l'anno 15 della lor età » (Lib. I, f. 19). Post hanc igitur aetatem accensebantur inter novitias aut redibant apud familiam.

(23) « Dopo la professione se l'assegnerà una che si chiami Maestra delle Giovine, alla quale staranno subordinate per due anni... (per) aggiustarle a conservare quello che hanno acquistato nel noviziato » (cap. 8).

(24) Il primo monastero che fondò lo chiamò il SS.mo Salvatore, che è questo nostro; e perciò era solita chiamare le nostre religiose *le figlie del SS.mo Salvatore* [*sic* : *sublineatus*] : avendo ella del medesimo un'imagine molto divota, che pose nell'altar maggiore ». Arch. Vaticano. Riti, l. cit. - Adhuc hodie, temporum incuria minime obstante, prostat supra altare maius pulchra tabula depicta, ostendens SS.mum Salvatorem. Corpus autem Ven. Seraphinae de Deo invenitur pleno decore repositum in cappella SS. Crucifixi, intus paroeciam (ex-cath.) S. Stephani.

sorores Nucerinas S. Mariae Puritatis (25). Quamobrem codex regularum Fiscianensis sic enuntiat « Prooemium » : « Avendo dunque il Signore con ammirabile Providenza stabilito nella Città e Isola di Capri un Monasero di monache sotto il titolo del SS.mo Salvatore, che militano sotto l'istituto della gloriosa Santa Teresa... ». Atque in capite secundo super frequentia confessionis et communionis : « L'ottimo mezzo per ascendere al supremo grado della perfezione, al quale devono aspirare le figlie del SS. Salvatore, è un vivo desiderio di conseguirla... ».

Sed satis superque de his, quibus institimus, quia nobis praebent aditum obiectivum, apertum ac normalem, ut intra claustra Mariliani conspiciamus primam virtutum florationem in Ven. Sorore Crostarosa.

### 3. - *Primordia conservatorii Marilianensis ante ingressum utriusque sororis Crostarosa* (1715-1718).

In elencho supra relato omiserunt testes processus beatificationis conservatorium Mariliani, quod pro sua fugaci existentia abierat an. 1741 in oblivionem fere totalem. « Fere » diximus, quia — praeter coaevam paginam historiae nunc transcribendam — meruit honorem ligandi sua fata cum nomine et calamo Ven.lis Sororis Crostarosa. Haec siquidem in sua *Autobiographia,* etsi parca sub aspectu descriptivo, seminavit notitias haud spernendas, accendens nostrum desiderium easdem comprobandi et ulterius ampliandi, prouti hodierno articulo conati sumus perficere.

Age dum : inter benefactores spirituales Ven. Seraphinae de Deo emicuerunt PP. Philippenses ex Oratorio neapolitano, prae primis PP. Avenati et Sguillante, Reformatricis in spiritu moderatores (26) : quin etiam P. Sguillante illius biographiam exaravit,

(25) Mirari quilibet potest, in altari ad cornu evangelii, devotissimum linteum illius aetatis, exhibens SS.mum Salvatorem plus minusve « nazarethanum ».

(26) Arch. Vaticano. Riti, l. cit., f. 163. - Interventus PP. Oratorii erant frequentes, quorum duos adferimus quasi specimina : a) « Die 16 februarii an. 1673... Intus ecclesiam Ven. Cong. Oratorij RR. PP. nuncupatorum Geronimini... constitutus D.nus Thomas de Raimo(?) procurator Ven.lis Conservatorij SS.mi Salvatoris sub regula S. Theresiae Insulae Caprearum... ». Arch. di Stato, Napoli. Prot. Not., Cirillo Antonio, an. 1673, sine fol. - b) « Donatio reliquiarum pro monasterio SS.mi Salvatoris civitatis Capri. Die 20 maii an. 1669. Constitutus Rev.dus P. Laurentius Serlupi, sacerdos Ven.lis Cong. Oratorii..., vulgo PP. Geronimini, coram me acceptante nomine R.dae Matris Sororis Prudentiae Pisa, Priorissae monasterij seu conservatorij SS.mi Salvatoris civitatis Capri... : ipse P. Laurentius... donavit aliquam reliquiam authenticam divae Mariae Magdalenae de Pazzis... » (pro monasterio). Ibid., Cirillo Antonio, an. 1669, f. 111v. - Fundatricem eiusque operam strenue etiam sustinuerant RR. PP. Pii Operarii neapolitani, quorum insignior idemque S. Alfonsi amicus devenit an. 1741 procurator Causae Ven. Seraphinae de Deo : « Abbiamo eletto per procuratore de' nuovi processi a farsi in d$^a$ Causa il M.R.P. Lodovico Sabbatini d'Anfora de' RR.PP. Pii Operarî in Napoli ». Arch. Vaticano. Riti, l. cit., 165.

quam tandem absolvit et typis mandavit P. Thomas Pagano, S. Alfonsi consiliarius et spiritualis adiutor. Huic ergo P.i Pagano adiudicanda manet summaria relatio de conservatorio Marilianensi, tunc quidem subscripta cum intra illius parietes agebatur quotidiana familiae vita, quae infortunate abrupta est post aliquos menses, eodem anno 1723 ac in biographia Fundatricis legi poterant sequentia verba:

« Nella Terra di Marigliano, nella diocesi di Nola, fin dall'anno 1652 si era edificata con limosine una chiesa, detta dell'Anime del Purgatorio. Attaccato a questa, dalla cittadinanza che ne avea il governo, è stato appresso edificato un Conservatorio, o sia Collegio, e stabilito fondo di entrade che ascendono sino alla somma di annui docati mille, dal Comune di detta Terra fù supplicato l'Ill.mo Monsignor Caraffa Vescovo di Nola, che in esso introducesse alcune monache del monastero della M. Serafina di Capri, affinche fondassero ivi un nuovo monastero di vergini della Terra sotto il titolo de' Santi Giuseppe e Teresa.

Diede benigno l'orecchio a tali istanze il mentovato Prelato, ed a dì 18 maggio 1715 fece ivi entrare Suor Verdiana di Giesù e Suor Teresa di Giesù, quivi venute dal detto monastero di Capri, affinche adosandosi le cariche, la prima di Priora, e la seconda di Vicaria, governassero quel nuovo monastero, nel quale già si numerano 16 monache, 4 educande e cinque converse » (27).

Ad trutinam revocare perplacet huius paragraphi assertiones praecipuas circa oppidum Mariliani, eiusdem regimen civile atque ecclesiasticum, Conservatorii titulum ac moniales Fundatrices, et sic porro: adeo ut, his praelibatis pro triennio 1715-1718, propius quasi attrectare possimus commoda atque incommoda, quibus factae sunt obviae sorores Crostarosa.

1. - Marilianum accumbebat atque adhuc accumbit lecto plano ac feraci provinciae, olim dictae « Terra di Lavoro », haud procul a Neapoli (25 klm.), vicinius autem civitati Nolae (14 klm.). Coaevus regni geographus adsignat oppido 5.128 incolas (28); at, ni fallimur, in eiusmodi summa includuntur pariter casalia seu loci

---

(27) SGUILLANTE-PAGANI, *l. cit.*, 304. Opinionem nostram, in textu articuli expositam super interventu P.is Pagano, roborat eximius operis censor D. Ioannes B. Vico affirmans « eidibus [*sic*] martiis 1723 »: « In eo libro adm. Rev. Patrem Thomam Paganum auctorem suo ipsius stylo descriptum spectavi, nobili ortum loco, antiquis christianorum moribus oxornatum, divinarum rerum scientia solertissimum, Divi Philippi Nerii in Deum Divosque pietatis cultu florentissimae ornamentum ». - Super Rev.mo D. Francisco Maria Carafa sive Caraffa vel Carrafa (sic passim scribitur), cfr G. REMONDINI, *Della Nolana ecclesiastica storia*, III, Napoli 1757, 462-469: Di Francesco Maria Carafa, Vescovo di Nola.

(28) G.M. ALFANO, *Istorica descrizione del regno di Napoli*, Napoli 1795, 19.

« pertinentiae » : oppidum vero sive « Terra » vix duo millia civium numerabat, prouti ex Regesto officiali (*catasto*) deducitur atque etiam roboratur ex facto quod utebatur unica ecclesia paroeciali. Manebat sub ditione feudali nobilissimae familiae Mastrillo, de qua seorsim mox agemus : iurisdictio autem ecclesiastica tenebatur ab Episcopo Nolano.

2. - Intra huius « Terrae » moenia vita civium religiosa nitebatur servitio praesertim ecclesiae paroecialis S. Mariae « delle Grazie », quae fruebatur titulo ac iuribus Collegiatae et cui inserviebant « in unum facientes » primicerius necnon quinque canonici (29). Collegiatae adiacebat ecclesia SS. Annuntationis (*SS.ma Annunciata*) (30), hodie praefatae Collegiatae adnexa. Extra oppidi moenia « e proprio sulla strada di S. Vito » citatur in Regesto ecclesia « della Pietà » (f. 98), quam alibi sequitur ecclesia sive « Monte de' Morti » (f. 101). Omittimus loca pia minora et cappellanias beneficiarias. Florebant quoque duo religiosorum monasteria : aliud PP. Benedictinorum Congregationis de Monte Vergine, situm (hodie est sedes municipii) in centro oppidi, cum ecclesia dicata similiter B.M.V. « delle Grazie » : aliud autem sub invocatione S. Viti erectum procul ab habitaculis atque custoditum a PP. Minoribus Observantibus (31).

---

(29) Ecce elenchus pro hac periodo : « Die 8 iul. 1716. In nostri praesentia R.dus Angelus Anselmus Sausto primicerius ac RR. D. Nicolaus Albaranus, D. Thomas Matriscianus, D. Ioseph Campanus, D. Bonifatius Serpicus, D. Nicolaus Calabria et D. Augustinus Rossi canonici dictae collegiatae in unum facientes ac repraesentantes Collegiatam ». Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., Nicola Penna, an. 1716, f. 119. - Pro anno 1721 formant collegium « li RR. Sig.ri D. Anselmo Sausto primicerio, D. Tomaso Matrisciano, D. Giuseppe Campano, D. Nicola Calabria, D. Nicola Palumbo, D. Giuseppe Zoppi e D. Franc° Ant. dell'Abbatessa ». Ibid., Michele Penna, 1721, f. 143. Eorum a duce Mariliani dependentiam fatetur episcopus Nolanus an. 1695 : « Mariliani, die 5 mensis 8bris 1695. Ecclesia Collegiata S. Mariae de Gratia. Adsunt primicerius et sex canonici curati ad praesentationem D.ni Ducis ». Arch. della Curia, Nola. Sacra Vitita, v. 17, an. 1651-1695, f. 157.

(30) Ecclesiae, cappellae, confraternitates, beneficia simplicia aliaque huius tenoris recensentur minutatim in Regesto officiali (*Catasto*). - Arch. di Stato, Napoli. Catasto Onciario, v. 985, f. 334, ss. - Item : v. 986, f. 91 ss. Ristretto d'Onciario. - Primores monasterii Vergininiani nobis occurrunt in protocollo D. Michaëlis Penna, die 27 septembris an. 1722 : « Et il Rev.mo Padre D. Gio. Batt^a^ Branci abbate, D. Salvatore Bocalelli vicario, D. Pietro Savino Cellarario e D. Pietrantonio Ansalone sacerdote del Vb.le monasterio di S. Maria delle Gratie della Cong.ne di Monte Vergine in d^a^ Terra in unum capitolarmente congregati e coadunati... » (f. 201v). Dant mutuum 22 ducatorum.

(31) Ad cornu dextrum ecclesiae S. Viti in navi laterali exstat cappella gentilitia familiae Avenia, cuius membra clariora emicant ex lapide marmoreo : « Ioannes Ant. Avenia iureconsultus... (dum) a Io. Zuñiga Regni praefecto ad maiora vocaretur, obiit Consentiae 1581, aetatis suae 48 ann. Bartholomaeus Avenia U.I.D. fratri benemenrent. an. 1790 ». - « Vito Avenia et Lucretia Muscarelli... Ferdinando et Gaspari fratribus ». Nondum comprobavimus utrum familia Avenia, in protocollis marilianensibus frequens, eadem sit ac familia d'Avenia, sanguine affinis cum coetu gentilitio S. Alfonsi. In sententiam affirmativam

3. - Huic ecclesiastico agmini sese accensuit an. 1715 parvus Sororum Caprensium manipulus, et quidem ex communi civium, municipum atque Episcopi voluntate, si fidem relationi supra citatae servamus. Cives namque inducuntur, qui ab anno 1652 aedificaverant ecclesiam Animabus in Purgatorio detentis sacram, iuxta quam Sodalitii gubernatores exstruxerunt postmodum sedem Conservatorio instaurando aptam, collectis interea eleemosynis atque annuis introitibus, qui summam mille ducatorum quotannis conflarent. Ad haec, municipii rectores seu « electi » favorem ac subsidium, saltem morale, porrexerunt ut cuncta prospere in se ac cum benevolentia Ordinarii loci ad exitum felicem ducerentur. Dolemus equidem quod, sparso ob eventus bellicos Archivo municipali, nulla ibidem vestigia documentalia attingere potuerimus super hac periodo monasterii condendi.

Nec iucundior nobis arrisit fortuna prope Archivum Curiae Nolanae (32), cuius decretum erectionis atque pacta et conditiones in eodem contentae solvissent nobis dubia, quae supersunt circa aream seu oppidi angulum ubi conservatorium exstitit et circa titulum quo re vera creatum et notum fuit. Decretum namque institutionis signavit Rev.mus D. Franciscus M[a] Caraffa, ordinis theatini neapolitani decus, qui ab anno 1704 Nolae susceperat dioecesis habenas, cum maximo zelo atque honore retinendas usque ad eius mortem an. 1737.

Ad primum ergo dubium, quoniam primitivus biographus adnexuit monialibus ecclesiam Animabus purgantibus sacram, occurrit nobis recentior Mariliani historicus (33) commonstrans manu

---

nos inclinat haec nota historici localis Ricciardi asseverantis. « Nella cappella di S. Alfonso, prima dedicata a S. Maria del Soccorso, vi è questa iscrizione: Sacellum hoc / de pleno jure Familiae U.J.D. / Francisci de Avenia / 1767 » (*l. cit.*, 702). Agitur nunc de ecclesia collegiata.

(32) Cum accessimus ad illud, novae ordinationi subiectum ac subiciendum, deflevimus lacunam in sectione « Sacra Visita »: cuius vol. 17 concluditur an. 1695, vol. autem 18 respicit an. 1818. Speramus quod interea comperiantur dispersae saec. XVIII chartae.

(33) « Chiesa dei Morti e Chiesa del Purgatorio... Sappiamo che la prima fosse appartenuta ad un monastero di religiose carmelitane [*hoc est, ad conservatorium nostrum*]: e l'altra fosse stata dedicata al SS. Salvatore, con un convento di monaci agostiniani, abolito nel sec. XVII. Nella chiesa dei morti, ora tenuta da taluni padri della Compagnia di Gesù, fu sepolto Marzio Mastrillo (n. 23 agosto 1833, m. 8 giugno 1834) come si desume da una iscrizione attaccata alla parete: e sulla chiesa del Purgatorio (che è l'abolita chiesa del SS. Salvatore) si legge la seguente iscrizione: « Excipit hîc Virgo vivorum fervida vota / Purgantes animae dulce levamen habent. An. Rep. Sal. MDCCCLXXVII ». R.A. Ricciardi, *Marigliano ed i comuni del suo mandamento*, Napoli 1893, 726. Ponderosum volumen 812 paginis nutritum nec documentatione archivali orbum; attamen ignoravit auctor protocolla notariorum, sine quibus annales locales prodeunt trunci et claudi. Super Ven.li Maria Caelesti Crostarosa transcribit auctor notitias (p. 647), quae illi porrectae sunt a P. Francisco Antonio Mautone CSSR, orto ex prisca familia Marilianensi.

indice duas cultus sedes: «Chiesa dei Morti e Chiesa del Purgatorio»: hanc secundam, ex illius opinione, tenuerunt ante saec. XVII sub invocatione SS. Salvatoris Fratres S. Augustini ac eorum successores dicarunt animabus in Purgatorio detentis, sicuti hodieque in eiusdem frontispitio recinit inscriptio devota (34). Alia autem ecclesia, supra a nobis recensita sub titulo «de' Morti», honorata mansisset initio saec. XVIII virtutibus ac precibus Sororum Crostarosa; saeculo autem XIX aucta exercitiis PP. Societatis Iesu (35), hodierno demum tempore renovata sacrificiis et orationibus Sororum «de Ivrea».

Quidquid sit de historici localis placitis, at quodammodo ipsa confirmans, inducitur alia quaestio de titulo Conservatorii. Enimvero Soror Crostarosa, tam in *Autobiographia* quam in processu Roccae Piemontis, constanter et dumtaxat ponit monasterium sub invocatione B.M.V. Septem Dolorum: dum e converso biographus coaevus et potissimum notarii infra citandi adscribunt conservatorio titulum iuridicum SS. Ioseph et Teresiae. Discrimen in loquendo evanescit si, ut non raro evenit, consideremus ecclesiam sub patrocinio B.M.V. Septem Dolorum, domum autem religiosam sub praesidio SS. Ioseph et Teresiae. Ceteroquin constant duo: primum, quod adest nobis protocollum, ubi utrumque patrocinium et praesidium publice iungitur (Doc. III c): secundum, quod de facto exstitit Mariliani an. 1818 ecclesia sub titulo S. Mariae Septem Dolorum (36): hanc profecto identificare vellemus cum ea quam memoravit Soror Crostarosa, sed deficiunt rationes plene adstringentes; quaestio ergo iaceat dirimenda a iudicibus oppidi (37).

4. - Annuente igitur et gnaviter cooperante Rev.mo D. Francisco M[a] Caraffa, episcopo Nolano, die 18 maii an. 1715 advenerunt

(34) Cfr notam praecedentem. Inscriptio perstat hodie in frontispitio ecclesiae, cultui publico semiapertae.

(35) Communitas sive «residentia» Societatis Iesu marilianensis an. 1880 numerabat 16 membra, post decennium 19 membra. Deest in elencho an. 1914. Cfr M. Volpe, *Nel primo Centenario dell'Universal Ristabilimento della Compagnia di Gesù*, Napoli 1914, 12-13.

(36) «Exinde accesserunt ad ecclesiam sub titulo S. Mariae Septem Dolorum de familia Ciroffo: in ipsa viderunt altare marmoreum, quod unicum in ipsa est erectum sub titulo S. Mariae Septem Dolorum, cum proprio adparatu et utensilibus convenientibus, et quoad omnia laudarunt». Arch. della Curia, Nola. Sacra Visita, v. 18, an. 1818, f. 16v.

(37) In traditionis confirmationem allegari potest quod hodieque praesidet altari maiori devotissimum linteum B.M.V. perdolentis, depictum quidem recentiore tempore (an. 1859), at colligatum cum praecedente titulo ecclesiae. Ceterum restant per angulos absidis quaedam vestigia prioris vitae claustralis, quam post Patres Societatis Iesu et ante Sorores «d'Ivrea» exercuerunt in loco Sorores «Mantellate». Hinc denuo cedimus litem doctoribus oppidi.

Marilianum ex insula Capri duae Fundatrices, videlicet Soror Verdiana a Iesu Priorissa et Soror Teresia a Iesu Vicaria (38). Displicet quod utriusque Sororis nomen familiae atque aetatem omiserit biographus coaetaneus, quandoquidem indicationes istae nos adducerent tum ad rectius aestimandam illarum experientiam claustralem, tum ad enodanda amicitiae legamina, quae sororibus Crostarosa praebuerunt occasionem ingrediendi conservatorium. Certo certius, e protomonasterio Caprensi abeuntes, Fundatrices secum Marilianum portarunt non modo Reformationis spiritum ac consuetudines, verum etiam Regularum codicem, qualem in usu palpavimus apud caetera monasteria novi ordinis teresiani tunc temporis perflorida.

Florescere quoque paulatim coepit asceterium Marilianense a primo triennio 1715-1718. Etenim ex protocollis infra scriptis eruitur quod hac periodo, intuitu educandatus ac novitiatus, ibidem ingressae sunt octo saltem puellae (Doc. I). Accessisse autem suspicamur alias etiam candidatas, quarum instrumenta notarilia aut indaginem nostra effugerunt aut subscripta sunt extra Marilianum. Quae tamen Mariliani exaravit hoc triennio Priorissa Soror Verdiana, huius sagacitatis commendant etiam in gerendis oeconomicis negotiis, utpote quae ab initio curavit summopere res nummarias ita disponere, ut inde lapsu temporis obvenirent communitati fructus legitimi (Doc. II).

Fortasse his curis distenta laxavit frequenter habenas disciplinae regularis inter manus Vicariae supra memoratae, cui nimis arridebant cum saecularibus sermocinationes. Hinc primae reactiones Sororis Crostarosa in *Autobiographia* : « Si usava un poco di libertà in que' principii : di commercio con alcuni secolari ... sebbene le anime che vi erano radunate erano di vita innocente, perché giovinette, essendo il monasterio nel principio da pochi anni fondato ... La Superiora, anima santa ma semplice e pura come un angelo : a suo parere li sembrava lecito e innocente quel divertimento delle sue religiose » (f. 32). Ut has corruptelas frenaret ac pericula inde oborta saltem arceret vocata fuit Soror Crostarosa, quae sive exemplis sive verbis sese monstravit vocationis suae dignam, donec post quinquennium supervenerunt causae externae fortiores, acciturae totius moliminis ruinam.

---

(38) Hanc Sororem cofundatricem et Vicariam obiisse scimus an. 1719 iuxta *Autobiographiam* Sororis Crostarosa, quae Vicariam sibi reddidit infensam postquam — ex limine educandatus — detulit ad Priorissam abusus in colloquutorio grassantes, perperam connivente Vicaria tanquam ianitrice asceterii, sicuti mox amplius indicabimus.

## II

## Sororum Crostarosa commoratio et professio in conservatorio Marilianensi, 1718-1723

### 1. - *Vocationis religiosae praeambulum stadium.*

In praesentiarum attexere nolumus curriculum vitae crostarosanum, sed eiusdem quasdam sortes dumtaxat cribrare, quatenus ipsae melius inclarescunt post recentiores archivorum explorationes, biographiis Ven.lis Crostarosa nondum incorporatas. Ex hic delegimus aliquas notitias plus minusve ineditas, quae afficiunt familiam eiusque membra procera ac reponunt sub clariore lumine stadium praeambulum vocationis utriusque sororis, immo trium sororum Crostarosa, quandoquidem duabus prioribus in Conservatorio professis sese sociavit et tertia tanquam educanda.

1. - Familiam christianam D. Iosephi Crostarosa, utriusque iuris doctoris, atque D. Paulae Bapt. Caldari exhilararunt sequentes filii, recensiti in Actis paroecialibus baptizatorum, non ita pridem per nos editis (39): Franciscus (25 sept. 1678), Michaël (29 sept. 1680), Agatha (2 augusti 1682), Ursula (16 martii 1684) (40), Rosa (4 iunii 1686), Ursula (19 sept. 1688), Iacobus (28 nov. 1690), Georgius (18 dec. 1692), Blasius (feb. ? 1695) (41), Iulia (31 oct. 1696), Ioanna (6 oct. 1698) (42), Ioanna (23 augusti 1701).

Oriunda ex civitate, cui nomen « L'Aquila », in provincia olim dicta « Apruzzo Ultra o sia Superiore », familia Crostarosa sibi domicilium (43) elegerat Neapoli, ubi D. Iosephus Crostarosa, utriusque iuris doctor, eminebat multiplici activitate nec opibus necessariis orbus erat. Illum ostendunt protocolla (Doc. VIII) quasi gubernatorem et thesaurarium regiae ecclesiae S. Christophori, ex cuius munere commendatur non solum eius vivendi ratio, sed etiam socialis influxus. Quin etiam, illius cognomen sociatur immediatis proregis neapolitani deliberationibus, quas a secretis ra-

(39) Cfr *Analecta CSSR* 35(1962) 58-61, 222-225.

(40) Prior haec Ursula ad caelum parvula evolavit, sed nondum actum mortis comperimus.

(41) Ex opposito actus mortis Blasii signatur die primo aprilis an. 1696 « in età di quattuordici mesi » : unde natus praesumitur mense februario an. 1695; deest actus baptismi.

(42) Huius prioris Ioannae prostant actus baptismi (7 oct. 1698) et mortis (17 nov. 1699).

(43) In archivo Satus aquilano nullum huius familiae invenimus vestigium. Prope Neapolim, in oppido Pozzuoli, cognomen Crosta Rosa praesidet quoddam protocollum : « Die 5 feb. 1666, Pozzoli. Ego Margarita, vidua qm. Dni. Francisci Crosta Rosa... ». Arch. di Stato, Napoli. Antonio Campanile, an. 1666, f. 704.

tas confirmat. Censemus autem agi de subscriptione filii sui primogeniti D. Francisci, qui patris vestigiis inhaerens assequutus est an. 1700 lauream in utroque iure coram Almo Collegio Doctorum neapolitano (44).

2. - Familiae adscriptio intra paroeciam S. Ioseph Maioris (45) inseritur inter circumstantias praeambulas vocationis sororum Crostarosa. Domicilium hucusque historicis incognitum innuitur solummodo (sicuti de more fiebat olim, deficiente domorum numeratione, initianda sub finem illius saeculi) in instrumento obitus D. Ioannae Crostarosa : « figlia del Sig. Dr. D. Giuseppe Crostarosa e della Sig.ra D. Paola Caldari, habitante all'incontro la porta piccola di S. Giuseppe » (46). Habitabat ergo gens Crostarosa vicum sive plateam prope ecclesiam paroecialem S. Ioseph Maioris, hodie solo aequatam, haud nimis longe a S. Maria l'Antica, ad cornu laevum viatoris descendentis ex ignatiana ecclesia « Gesù Nuovo ».

Eiusmodi propinquitas vim suam exseruit in pueritia et adolescentia spirituali sororum Crostarosa. In libris paroecialibus nomina sacerdotum ab anno 1701 usque ad 1722 sic passim mandantur : D. Andreas Starace, curatus seu parochus (1699-1722); D. Nicolaus del Duce, coadiutor (1705-1722); D. Ioannes Luglio, coadiutor (1714); D. Hyacinthus Mayure, coadiutor (1716-1717) : quo-

---

(44) Arch. di Stato, Napoli. Collegio dei Dottori, pacco 41, Int. 112 : Francesco Crostarosa. Continet quattuor documenta : a) Copiam ex Libris matricularum tractam, in qua exhibetur studiorum curriculum a die 15 nov. an. 1694 (*institutista*) ad diem 20 oct. an. 1699 (*quinto anno della legge*). - b) Attestationem, datam Neapoli die 7 iulii an. 1700, iuxta quam « audivimus praedictum Franciscum recitantem jura sibi a nobis externa die imposita ». - c) Fidem primi testis m.ci Salvatoris Bianco, habitantis « alla porta piccola di S. Giuseppe », aetatis suae annorum 29 : « Lo conosco, ait, con occasione di esser mio amico ». - d) Allegationem condiscipuli m.ci Caroli Ricciardi, annorum 21, dicentis « haver studiato insieme ». - D. Francisci doctoratum confirmat secretarius Almi Collegii D. Petrus Antonius Colinet in sua *Nomenclatura Doctorum Neapolitanorum*, Neapoli 1739, 93. Etiam alius D. Francisci frater D. Iacobus promitur interdum titulo doctoris : « Die 20 dec. an. 1730... Costituti in presenza nostra li Sig.ri DD.ri D. Giuseppe e Giacomo Crostarosa, padre e figlio... ». Deligunt suum procuratorem D. Caietanum Minichino « a comprare due pezzi di terra, siti nella Terra di Pozzoli, uno di coppe due e mezza in circa, l'altro di coppe due e mezza ». Arch. di Stato. Prot. Not., Francesco Aprile, an. 1730, f. 36. Ex hoc protocollo roboratur insinuatio notae praecedentis (supra, nota 43) circa familiae praesentiam in oppido Pozzuoli. Quoad cognomen Crostarosa inter secretarios proregis cfr Arch. di Stato, Napoli. Collaterale Partium, v. 1191, an. 1712-1713, f. 6, 7, 8, 9v. - Item infra : Doc. I, an. 1718.

(45) Paroecia olim insignis sub invocatione S. Iosephi Maioris fuit translata iam saec. XVIII in ecclesiam S. Christophori, postmodum incorporata ecclesiae paroeciali S. Mariae « dei Miracoli », apud quam hodie custodiuntur libri priscae paroeciae S. Ioseph, statim citandi.

(46) Arch. Parr. di S. Giuseppe Maggiore e S. Cristoforo ai Miracoli, Lib. VII Defunctorum (1695-1718) f. 65, die 17 nov. 1699. - Idem domicilium familiae signatur pro triennio praecedenti in obitu parvuli Blasii : « habitante nella strada della porta piccola della parrocchia di S. Giuseppe Maggiore ». Ibid., f. 16v.

rum munia ac nomina, prae aliis omissis, nunc evocamus ob notas biographis allusiones anonymas, quae in *Autobiographia* Sororis Crostarosa unum alterumve afficiunt. Illius autem confessarius maturior ac moderator spiritualis D. Bartholomaeus Cacace desideratur in libris paroecialibus: ipsis e contra semel ingeritur S. Franciscus de Hieronymo S.I., qui die 20 martii baptizavit in fonte paroeciali filium doctoris D. Iosephi Fiani et D. Caeciliae Valle (47).

Primis puellae Crostarosa agonibus spiritualibus miscetur quoque in *Autobiographia* ecclesia S. Thomae Aquinatis, hodie demolita, id vero tempus onusta splendore et ministrata a claris lectoribus dominicanis attigui collegii theologici ac philosophici. Ducebat tanta moles originem a D. Ferdinando Francisco de Avalos, marchione de Pescara et del Vasto, qui voluit ut Neapoli erigeretur monasterium ad laudem S. Mariae «della Fede», in cuius ecclesia fulgeret cappella S. Thomae Aquinatensis. Elapso fere semisaeculo stabat magnificum templum, tredecim cappellis amplissimum, cum altari maiore sacro B.M.V. «della Fede» (48): monasterium vero insignitum mansit titulo Doctoris Angelici atque ex Brevi S. Pii V an. 1566 subiectum immediate magistro generali O. Pr., adiuncto studiorum Collegio «a modo dei Collegij di Spagna, e precise di Salamanca, di Vigliadolite [*sic*] e di Palenza, cioè con li Reggenti, Baccelliero, Maestri di Studio e Lettori» (49). Unde pro annis 1712-1713, et antecedentibus ac subsequentibus, in quibus praesumitur contigisse sat frequens accessio Sororis Crostarosa ad hanc ecclesiam, Liber matricularum Collegii recenset sex vel octo Patres eidem adscriptos sub ductu Fr. Thomae Ruoppoli (50).

Equidem consiliante quodam P.e Dominicano, cuius nomen reticet in *Autobiographia*, puella Crostarosa in corde suo disposuit ascensiones versus orationis fastigium, quas per vocationem reli-

---

(47) «A dì 20 marzo 1705. Il P. Francesco de Geronimo della Compagnia di Giesù ha battezzato Matteo Maria Gioacchino Ciro, figlio del Sig.r Dr. Giuseppe Fiani e della Sig.ra Cecilia Valle coniugi: mammana Teresa della Monica». Ibid., Lib. XI Bapt. (1693-1706) f. 181v.

(48) Arch. di Stato, Napoli. Monasteri Soppressi, S. Tommaso d'Aquino, v. 819-820: Platea Maggiore di S. Tommaso d'Aquino, an. 1717, f. 1 ss. - Descriptio cappellarum, f. 52v ss. - Sepultura fratrum et sororum tertii ordinis, f. 65.

(49) Ibid., v. 850: Matricola o sia Libro dello Studio di questo Ven.le Collegio di S. Tommaso d'Aquino, an. 1712-1766. - Inter huius Collegii laureatos theologos accensetur dominicanus P. Fridericus (post professionem Thomas) Cavalieri, S. Alfonsi patruelis, ab infantia et adolescentia amicus atque in maturiore aetate benefactor totius familiae Liguoro, cui praefatus dominicanus transmisit cunctam bonorum substantiam gentis Cavalieri, post mortem P.is Friderici extinctae.

(50) Praecipuae cathedrae respiciebant theologiam moralem, metaphysicam, logicam et physicam: generatim recensentur duodecim monasterii collegiales, quibus adiciebantur externi. Ibid., Matricola, l. cit., f. 9.

giosam complendas sibi posthac proposuit : siquidem hunc in finem discipulus doctoris Aquinatensis suasit poenitenti ut sibi acquireret duo opera solida aeque ac simplicia, prae primis nempe de Oratione librum S. Petri Alcantarini, nutritum quoque medulla spirituali dominicana P.is Ludovici Granatensis (51); praeterea, opellam cui titulus «*Il Cibo dell'anima*», a pluribus decenniis depascentem animas exercitio orationis mentalis, quotidie regyrantis circa Iesu Christi passionem et dolores (52). His stimulis si addideris vigilantiam constantem et oculatum moderamen directoris spiritualis D. Bartholomaei Cacace supra memorati, habebis instrumenta humana, quibus usus est divina Providentia, ut vocatio claustralis maturesceret non solum in animo Iuliae Crostarosa, verum etiam in illius sorore grandiore Ursula, immo et in iuniore Ioanna. Enimvero ex nunc praemittere iuvat factum parumper curiosum, scilicet: quod Iulia natu (1696) minor quam Ursula (1688), hanc et adolescentiorem (1701) Ioannam posthac secum ubique trahere valuit ac sibi consociare in duplici monasterio Marilianensi atque Scalensi, necnon in duplici conservatorio apud Pareti et Roccam Piemonte ac demum — quoad Ursulam, minime quoad Ioannam — in monasterio Fodiano (Foggia). Ita saltem promicat in *Autobiographia* et confirmatur ex ceteris archivorum documentis, quae eventus posteriores illuminant.

### 2. - *Sororum Crostarosa quinquennium apud Conservatorium Mariliani, apte instructum atque in melius progrediens.*

Ante ingressum in Conservatorium pro novitiatu ineundo et absolvendo occurrunt nobis quaesita chronologica, parum quidem furfuris, sed nequaquam prorsus spernenda. Quibus respondentes admonemus quod si semper et ubique annorum summa mulieribus computanda, quando de se ipsa loquitur unaquaeque femina, implicat quid relativum, afficiebat illo tempore similis relativitas etiam documenta officialia, in quibus fere communiter femineae annorum declarationi apponitur expresse adiectivum «circiter» vel «in circa». Hac etiam de causa impingimus in Sororem Crostarosa expri-

---

(51) Quoad paternitatem huius libri nota est saecularis controversia, nuperrime etiam agitata ab utriusque partis fautoribus. Pro casu nostro recolimus dumtaxat Sororem Crostarosa existimasse S. Petrum de Alcantara tanquam opellae auctorem.

(52) *Cibo dell'anima, ovvero Pratica dell'orazione mentale secondo la passione di Giesù Cristo, per tutti i giorni del mese,* Roma 1637. Circa auctorem atque editiones Cfr De Backer, *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus,* Liége 1858, IV, 621. Editio aucta et an. 1720 in lucem edita a P. Francisco Rainaldi non potuit in manus Sororis Crostarosa pervenire ante huius ingressum in conservatorium.

mentem annos aetatis suae diversa loquendi mensura ante exordium novitiatus : in *Autobiographia* siquidem, Fodiae exarata post trentennium. affirmat se Marilianum petiisse ibique probationem iniisse viginti annos natam : « Essendo allora di età di anni venti » (f. 31) : quae verba, si ad litteram sumantur, retrotrahunt ingressum ad annum 1716, utpote quod illa nata erat die prima novembris an. 1696.

Attamen in processu iurato Roccae Piemontis an. 1737, memoria vivaciore et ad facta viciniore, declaraverat distincte : « Sin'all'anno vent'uno di mia vita stiedi in casa di mio padre e madre nella città di Napoli, mia patria : di poi, in detto anno vent'uno di mia età, e proprio diecinove anni a dietro, pigliai stato di religiosa e me ne andai del conservatorio di S. Maria de' Sette Dolori della Terra di Marigliano, nel quale io ne dimorai per lo spazio d'anni cinque e mezzo ». Quae quidem asseverationes concordant ad amussim cum instrumentis notarilibus infra exhibendis et nunc comprobandis.

Notarius porro D. Michaël Penna inducit die 10 novembris an. 1719 D. Iosephum Crostarosa solventem partem summae dotalis pro duabus novitiis eius filiabus ad professionem accedentibus (Doc. IV-V). Iam vero : quandoquidem ex *Autobiographia* ediscimus Sorores Crostarosa emisisse oblationem die 21 novembris eiusdem anni 1719, recurrente solemnitate Praesentationis B.M.V., inde sequitur quod probationis exordium retroagendum sit ad diem 21 novembris anni praecedentis 1718. Sed quia probationis annum antecedebat alius annus plenus pro educandatu, idcirco retrotrahenda esset adhuc sororum ingressio ad annum 1717 : nisi quod frui valuerunt exceptione haud insolita (53), breviatione nempe educandatus ad sex menses : inde colligimus quod earum iter in Marilianum reponendum sit intra vel post festa paschalia (17 aprilis) an. 1718. Quae sane conclusio quadrat cum praecitata annorum et mensium computatione, utique morali, Sororis Crostarosa : « Nel quale [conservatorio] io ne dimorai per lo spazio d'anni cinque e mezzo », id est, a secunda parte mensis aprilis an. 1718 usque ad medium octobrem an. 1723.

Ab huius articuli cardine exsulat aggerare et rependere alias circumstantias, in quibus Marilianense conservatorium adierunt

---

(53) Integer annus educandatus interdum et ob rationes consentaneas reducebatur ad sex menses (Doc. VII), sicuti in beneficium sororum Crostarosa contigit, teste *Autobiographia* : « Io restai consolata [*ex responso Priorissae circa defectus asceterii corrigendos in colloquiis nimiis cum saecularibus*] e risoluta di farmi religiosa nel detto monistero : e in capo di sei mesi, che era entrata, presi l'abito e cominciai il noviziato con molto desiderio e fervore di piacere a Te, mio unico Tesoro » (f. 33).

eique tanquam educandae adlectae sunt sorores Ursula et Iulia Crostarosa, benevole exceptae a Priorissa atque ab exigua communitate (54). Illarum genitor D. Iosephus, absens ideoque inscius subitaneae deliberationis qua Iulia voluit Mariliani consistere, eamdem ipse statim non modo gaudens probavit, sed et roborare perrexit, factus insuper particeps negotiorum claustralium, quippe qui mense augusto eiusdem anni 1718 fungitur in protocollis munere procuratoris educandae D. Theodorae de Sarno (Doc. III), sociae filiarum suarum.

Post sex ergo menses, die 21 novembris citati anni 1718, pro soribus Crostarosa indicta est «monacatio» seu ante novitiatum ritualis vestitio habitus teresiani, cui sociata fuit impositio novi nominis, videlicet: Ursula devenit «Suor Colomba dello Spirito Santo», Iulia autem «Suor Candida del Cielo», uti ex protocollis notarilibus elucet (Doc. VI). Non est cur immoremur in gratiis spiritualibus, quibus die solemnis vestitionis se muneratam agnovit Soror Crostarosa, prae aliis inhaesione Verbo Dei, Animae Sponso, posthac excolenda et confovenda quasi cordis sui centro (55).

Vergente ad finem anno tirocinii, occurrit nobis die 10 novembris an. 1719 D. Iosephus Crostarosa solvens coram notario dotes utriusque suae filiae novitiae, nuncupaturae vota die 21 eiusdem mensis, eisque pro futuro adsignans annua subsidia iuxta mores in vita claustrali tunc communes (Noc. IV). Mores isti, etiam a D. Iosepho de Liguoro cum sororibus monialibus S. Alfonsi adhibiti, in id convergebant ut filio primogenito indivisum familiae patrimonium adiudicaretur, servata filiis postgenitis — ac praesertim filiabus sponte aut fere coacte in claustra remissis —

---

(54) Ex *Autobiographia* succincte transcribimus: « Disponesti tu, Signor mio, ...ch'io mi fossi portata a visitare una Serva di Dio nella Terra di Marigliano..., ove si era da questa fondato un monastero di religiose della Riforma della Madre Serafina di Capri. Fui condotta assieme con una sorella mia maggiore, che tanto desiderava farsi religiosa, ed assieme con una signora amica e con mia madre... Fui ricevuta da quella Superiora con molta allegrezza e cortesia... Mi disse se desiderava restare in loro compagnia in quel monistero, a cui prontamente risposi che volentieri sarei restata per abbracciare la vita religiosa ...Restai in quel monistero assieme con l'altra mia sorella dopo un lungo combattimento con mia madre, perché ella non avea preso il consenso di mio padre... Ma tu, Signore, disponesti talmente il cuore di mio padre, ché egli si contentò e confermò la nostra risoluzione » (f. 31-32).

(55) « La mattina che vestii l'abito religioso di novizia... mi dimostrasti essere tu, Verbo divino, lo Sposo amante del mio cuore..., ed essendo il giorno della Presentazione al tempio di Maria ebbi la compagnia di questa gran Madre, la quale mi accettò per sua figliola ». Ibid., f. 33. - Itidem mox carminabunda:

« Venne l'ora sospirata
che il mio Dio mi sposò:
sono appieno consolata,
nel mio amor riposerò.

Verrò poi, mio Diletto,
a vederti su nel Cielo:
ivi sempre a possedere
quello Sposo, che mi amò ».

portione legitima, quae per eleemosynam dotalem exprimebatur. Huius dotis pars aliquota — in casu sororum Crostarosa bis centum ducatus — tradebatur monasterio ante novitiae professionem: reliqua autem pars, immo pleraque dotium summa capitalis — pro sororibus Crostarosa octingenti ducatus — retinebatur penes patrem fratresve, utique obstrictos vinculo legali refundendi in beneficium monasterii fenus seu interesse coram notario solemniter promissum. Pactiones vero huius tenoris, saepe a familiaribus neglectae, deveniebant litium familialium seminarium et cruciatus acerbus sanctimonialium (56).

His de causis capitalia dotalia, a D. Iosepho Crostarosa deposita inter manus Priorissae, haec properavit fructuose collocare penes D. Archangelum d'Argentio, initis cum ipso censuariis locationibus, quae sequenti trentennio protractae sunt ac genuerunt inter utramque familiam relationes dependentiae oeconomicae (Doc. XIV-XV), donec tandem utriusque gentis heredes conciliarunt an. 1750 mutuam quaestionis nummariae liquidationem (Doc. V b). Per transennam fas sit connotare quanta solertia, post professionem sororum Crostarosa et usque ad primam conservatorii labefactationem an. 1723, perrexerit Priorissa Soror Verdiana invigilare eiusdem temporali administrationi, sive praedia domosque acquirendo, sive pecuniarias sortes (*capitale*) solita usura multiplicando (Doc. VII). Quae sane animadvertenda esse duximus, quia eiusmodi bona legitima monasterii videntur mox stimulasse cupiditatem ducissae Marilianensis atque in causa fuisse cur illa priorem suam benevolentiam mutarit in invidentiam persecutricem, sicuti infra narramus.

### 3. - *Iulia Crostarosa, post professionem nuncupata Soror Candida del Cielo, evocat quaedam facta experientiae suae religiosae.*

Primum factum, bis in *Autobiographia* refricatum (f. 33, 41), respicit excessivam libertatem claustralibus datam sermocinandi ad crates vel ad clausurae ianuam cum saecularibus loci. Hanc licentiam respuit a tempore sui educandatus Soror Crostarosa, quae ex superna Dei inspiratione monuit Priorissam de periculis asceterio inde oboriendis ac de suo proposito non inchoandi novitiatum

(56) Controversiae excitabantur etiam in frugalioribus familiis, teste S. Alfonso qui de suis sororibus monialibus sumpsit argumentum ad constringendum communem suum fratrem D. Herculem, ut sibi portionem debitam solveret: « Se aveste trovato, scribit fratri suo, Suor Marianna e Suor Luisa, che convennero mio padre in vita e si fecero far l'assegnamento dal giudice, non parlereste così ». - *Lettere di S. A.*, I, 113.

nisi prius remedium tantae abusioni adhiberetur (« Quella sorte di ricreatione, sebbene allora innocente, poteva diventare nociva all'anima nel tempo futuro... Io eseguì dichiarandomi che se ella non avesse rimediato a quelle libertà, giammai mi sarei monacata in quel monistero. E perchè la detta Superiora era anima molto buona e serva di Dio prese in buona parte l'avviso » [f. 33].

Quin etiam, mox ultra procedens, Priorissa ad compescendam colloquiorum inordinationem usa est Sorore Candida quasi frenigera eique post octo novitiatus menses remisit munia ianitricis (*portinara e rotara*) necnon auscultatricis ad crates : unde exarserunt murmurationes zelotypae, ex parte praesertim Vicariae-Cofundatricis, antehac etiam ianitricis, cui iure culpabatur frigescens animorum recollectio. Hic nascentis dissipationis turbor facile intelligitur intra precariam loci personarumque aptationem ad vitam regularem in conservatorio struendam, sicuti supra (p. 92) nos docuit *Autobiographia*. Quod vero illa subdit, Vicariae mortem post tres menses signatam, id in cassum confirmare directe sategimus ex libris mortuorum paroecialibus, a quibus abest quaelibet super conservatorio informatio : ex protocollis autem notarilibus deducitur indirecte, quatenus in ipsis ex tunc desideratur nomen praefatae Vicariae Sororis Teresiae a Iesu. Aliunde, scilicet per Relationem « ad limina » signatam die prima novembris an. 1718, Ordinarius loci nos docet certiores Conservatorium « virtutum odore apud populum » devenisse institutionem non solum oppido proficuam, sed universae dioecesi saluberrimam (Doc. XII, 2).

Occurrit etiam aliud factum nexum cum Sororis Crostarosa vigilantia super rota loculata (*rotara*) : ingressus nempe trium sororum, eximii advocati filiarum : quarum tertia, iam iam initura nuptias, his abruptim valedixit seque in conservatorium introduxit, ut, Crostarosa duce ac moderatrice, incumberet perfectioni novi status assequendae. Nobis quidem obviae fiunt an. 1720 in tabellionum Instrumentis (Doc. VII) binae sorores Elisabeth et Apollonia di Bisogno necnon aliae binae sorores Bianca et Agnese di Pietro : tertiae autem sororis absentia explicatur utrobique propterea quod, teste *Autobiographia* (f. 45-46), una ex sororibus inde iam pridem recesserat. Quod si adhuc computatio mensium an. 1719-1720 apud Sororem Crostarosa haud parum convenit cum tabellionibus protocollantibus, veniam illi concedimus ad quamdam in supputatione latitudinem.

Eadem fortasse venia indigebit ad rationem temporis dimetiendam in tertio facto maioris momenti, quandoquidem hoc implicuit Sororis Crostarosa, vix professae, assumptionem ad munus

magistrae novitiarum. Ex eiusdem testimonio autobiographico erudimur illam praepositam fuisse tirocinio seu novitiatui mense maio sequenti, quin expresse annum persignet; nihilo secius, stante filo narrationis, annum 1720 fuisse praesumimus, quo aetatis suae vigesimum quartum explebat magistra. Hanc tamen muneri imparem aut immaturam nullatenus declarabimus, si meminerimus caeteras sanctimoniales, etsi professione seniores, fuisse annis aequales aut fortasse iuniores, experientia denique spirituali atque cultura intellectuali probabiliter inferiores : unde ingenue in *Autobiographia* fatetur se consiliis colloquiisve non modo nutriisse novitias, verum etiam professas ad se ultro accedentes (57). De cetero, tametsi plurali numero designat candidatas («le mie novizie»), re autem vera parvus earum manipulus tres quattuorve simul puellas haud excessit.

Nec ultra annum gessisse videtur magistrae onus, cui mense maio suffectum fuit officium sacristae, habito etiam respectu ad satis fractam Sororis valetudinem : qua in melius refecta, atque stante consuetudine annuae «rotationis» in muneribus conservatorii obeundis, mense iterum maio an. 1722 redintegrata est Soror Candida in novitiatus directionem, assumpto pariter gubernio educandatus. Hic quidem ab illa describitur florentissimus, utpote exhilaratus duodecim puellis («Un fiorito educandato di dodici figliuole e tre figlie novizie», f. 60) : de quibus tamen ac de ipsarum necessaria dotatione legali prorsus silent protocolla coaeva. Unica, saltem indirecta, exceptio fit pro D. Ioanna Crostarosa; haec, natu (1701) minor, praesumitur duabus suis sororibus sociata fuisse atque inter educandas admissa in secunda an. 1722 parte aut primis an. 1723 mensibus, propterea quod a claustro cum suis sororibus discendens mense octobri eiusdem anni 1723, nondum stadium «monacationis» seu vestitionis attigerat (Doc. X).

Ex factis hucusque memoratis atque ex iteratis *Autobiographiae* assertionibus nitet communicatio intima, filialis et operativa, quae toto quinquennio 1718-1723 cessit inter Priorissam Verdiana et Sororem Crostarosa : haec quidem perdigna erat favore quo apud illam fruebatur, adeo ut suis exemplis et mysticis irradiationibus constitueretur quasi centrum familiae religiosae. Ad utriusque intimitatem firmandam postvenerunt, ante Priorissae e conservatorio discessum, illuminationes praeternaturales, quibus Soror Verdiana saltem in confuso dignovit ulteriorem Sororis Crostarosa

(57) «Anzi venivano altre religiose professe del monastero a conferire con me le cose dell'anime loro, e con licenza della Superiora. Io l'aiutava come poteva». - *Autobiografia*, f. 49.

missionem, quatenus destinatam ad res magnas pro Dei gloria exsequendas (f. 57). Ad huius Sororis lenimen spirituale contulit opem suam an. 1722 Rev.mus P. Thomas Falcoia ex piis operariis neapolitanis, postmodum (1730) episcopus Castri Maris (*Castellammare*) : qui, Marilianum adveniens praedicaturus populo missionem valde salutarem, adiit quoque conservatorium, ubi Dei lumine praescius, non solum probavit sanctimonialis exercitium orationis, verum etiam ex tunc factus est per epistolas illius consiliarius simulque eidem communicavit plures notitias circa recentem instaurationem conservatorii Scalensis (*Scala*) supra Amalphiam: quae quidem notitiae et consilia dederunt sub finem anni sequentis impulsionem ad trium sororum transitum in asceterium Scalense.

Interea, primis nempe mensibus an. 1723, a tabellione locali describitur conventus Marilianensis redundans pace serena. In ipso morabantur novem sanctimoniales professae, quarum caput restabat Soror Verdiana, postremum autem locum tenebant sorores Crostarosa, videlicet Suor Colomba dello Spirito Santo et Suor Candida del Cielo (Doc. IX). Ipsis ab eodem notario adiunguntur novitiae vel neoprofessae Bonaventura di Stefano, Teresa Velâzquez, Maria Felicia (Doc. VII) : et adiungendae forte manent aliae haud nominatae, quia teste biographo coaevo supra (p. 88) recensito elenchus claustralium numeraret 16 moniales, 4 educandas et 5 conversas. Sed opinione nostra inest maior veritas obiectiva testimonio notarii localis.

Tunc vero, autumnalibus mensibus eiusdem anni 1723, flavit ventus contrarius et contra scopulos illisit navim conservatorii. Naufragium vertitur culpae auctoritatis feudalis, nimirum D. Isabellae Mastrillo, ducissae Marilianensis, de qua subnectimus pauca.

### 4. - *D. Ioannes Mastrillo et D. Isabella Mastrillo, duces Mariliani. Conservatorium supprimitur an. 1723.*

Patritia gens Mastrilli sive Mastrillo a saeculis eminebat in civitate Nolae atque in agri nolani oppidis seu « terris » : Mariliano, Tufino et Rocca Rainola. Nihil mirum quod huius cognominis viri ac feminae (58) honorarent munia publica, Ecclesiae gra-

(58) Speciminis gratia ecce quidam elenchus die 8 aprilis an. 1700 exaratus pro monasterio nolano S. Mariae « della Nova ». Ex 25 monialibus portant cognomen Mastrillo: Sor Amelia Mastrillo abbadessa, Sor Isabella Mastrillo vicaria, Suor Ippolita Mastrillo, Suor Laura Mastrillo, Suor Anna Mastrillo, Suor Catherina Mastrillo. - Arch. di Stato, Napoli. Prot. Not., Antonio Cirillo, an. 1700, f. 96v. Copia instrumenti notarii nolani Felicis Ranerii.

dus hierarchicos, religiosos ordines utriusque sexus. Nec praetereundum est S. Alfonsum stricta sanguinis propinquitate ligari cum ramo, fortasse non immediate ducali, at certe cum uno ex proximioribus trunco familiae genealogico. Enimvero D. Iosephus de Liguoro, S. Alfonsi pater, non solum natus erat in S. Paolo Belsito, Nolae suburbio, sed a matre sua D. Andreana Mastrillo exceperat idem cognomen, filio S. Alfonso transmittendum : quin etiam, iisdem fere annis, quibus nostri Conservatorii experimentum parabatur, nempe anno 1713 ratam habuit sibique popitiam D. Iosephus de Liguoro hereditatem, quam Vindobonae signaverat abbas D. Franciscus Mastrillo, patritius nolanus, consanguinitatis titulo adactus. Sed de his alias.

Marilianum ergo censebatur feudum potissimum domus Mastrillo (59), cuius titulares pro periodo nostri articuli erant dux Mariliani idemque marchio di Gallo D. Ioannes Mastrillo Vandeneynde et ducissa Mariliani eademque mox Roccae Rainolae D. Isabella Mastrillo, probabiliter inter se propinquitate familiali coniuncti. Utriusque curriculum vitae nondum inclaruit indubiis chronologiae conclusionibus. Quoniam dux Ioannes morti occubuit septuagenarius die 1ª decembris anni 1728, merito supponitur natus an. 1658 (60) : eiusdem autem uxor D. Isabella habuit natalia an. 1673, si historici localis affirmationem ratam annuimus (61). Utriusque demum nuptiae dicuntur initae die 13 februarii an. 1694 (62).

Circa matrimonii filios haeret parum anceps opinio. Antecedit primogenitus D. Marcellus, in adolescentia morte raptus (63). Sequitur D. Marius, qui in protocollis in infra adducendis describitur « clericus beneficiatus », immo « rector » beneficii S. Nico-

---

(59) Ex prisco familiae splendore prostant in ecclesia collegiata Mariliani inscriptiones marmoreae, ex quibus unam apposuit « Isabella Mastrillo dux vicario suo... ». Camera ducalis, praeter ius praesentationis pro canonicis collegialibus, gerebat beneficium S. Andreae Apostoli, quo fruebatur an. 1750 Rev.dus D. Laurentius Mautone, sicuti constat ex Regestu officiali (*Catasto*) supra citato (vol. 985, f. 334).

(60) En actus mortis : « Anno D.ni millesimo septincentesimo vigesimo octavo, die vero prima mensis Xbris. Joannes Mastrilli Vandeneynde, Mariliani Dux, aetatis suae annorum septuaginta circiter, in domo propria et in communione S.ae Matris Eccl.ae animam Deo reddidit : cujus corpus sepultum fuit in Collª Ecclª eiusdem Terrae : confessus per Rev.dum Vicarium Montis Verginis dictae Terrae, et refectus Sacro Viatico roboratusque Sancti Olii unctione die vigesima mensis 9bris per Rev.dum canonicum D. Nicolaum Palumbo. Ego D. Franciscus Antonius Abbadessa can.cus curatus fidem facio ». Arch. Parr. (ex-Collegiata), Marigliano. Lib. III Mort., 1722-1755, f. 25v.

(61) R. Ricciardi, *Marigliano ed i comuni del suo mandamento*, 652. Re vera nunc dicit illam esse natam an. 1683, sed prius (p. 185) asseruerat illius matrem obiisse an. 1673 : unde patet error materialis. Auctor, etsi localis, errat in plurimis.

(62) O. Gregorio, *Mons. Tommaso Falcoia*, Roma 1955, 149, nota 8.

(63) Ricciardi, *l. cit.*, 185.

lai in ecclesia Roccae Rainolae pro annis 1719-1722 (Doc. XIII). Nullatenus autem servitio altaris se mancipavit, quandoquidem a matre D. Isabella suscepit titulum « conte della Rocca Rainola », quo Neapoli notus est in sedili Portae Novae (64) et quo ornatus citatur in processu consistoriali fratris sui tertii: D. Francisci Xaverii: is namque, natus die 29 novembris an. 1699 in oppido Tufini, familiae feudo, adlectus mox fuit inter Clericos regulares Theatinos atque insignitus dignitate sacerdotali die 15 novembris an. 1722, et quidem a Rev.mo P. Iosepho Positani, O. Pr., episcopo Acerrarum, qui duos ante menses — die 21 septembris — ministraverat S. Alfonso advocato sacramentum confirmationis. Anno tandem 1759, adhuc vivente matre sua D. Isabella, evectus fuit D. Franciscus Xaverius ad regendam ecclesiam Tarentinam (*Taranto*) (65). Valde probabiliter adnumerandus est inter amicos Theatinos, quibus in ecclesia neapolitana SS. Apostolorum S. Alfonsus mansit addictus: attamen non D. Francisco Xaverio, sed eius disciPulo et fortasse consanguineo P. Pasquali Mastrillo. Nazarethano archiepiscopo, adiudicatur Clementis XIII quasi prophetia an. 1762 prolata super futura S. Alfonsi canonizatione (66).

Haec familiae Mastrillo merita religiosa praemisimus, non eruditionis gratia, sed ex necessitate criticae obiectivae, ut aequo animo rependatur criminatio *Autobiographiae* crostarosanae adversus heros feudales Mariliani ob suppressionem conservatorii. Certe

(64) « Io sottoscritto secretario dell'Ecc.mo D. Mario Mastrilli, conte della Rocca Rainola, Patrizio Napoletano di Porta Nova... ». Arch. di Stato. Catasto, Nola, v. 1023, f. 10. Agitur de quodam praedio, cuius dantur mensurae.

(65) Arch. Vat. Proc. Consist., an. 1759, v. 148, f. 257, Eccl[a] Tarentin. - Item: Proc. Datariae, an. 1759, v. 136, f. 272, Eccl[a] Tarentin. - Inter documenta utrique processui adnexa comperiuntur: a) Fides baptismi, desumpta ex libris paroecialibus S. Bartholomaei, oppidi Tufini, in qua asseritur: « Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo nono, die prima decembris... Frater Joannes B[a] a Muro, magister ordinis S. Francisci... conventualium, baptizavit infantem natum ex Ill.mis marchionibus Galli D. Joanne Mastrillo et D. Isabella Mastrillo... » - b) Fides sacerdotii, suscepti die 15 novembris an. 1722 « in sacello privato S. Mariae apud Cryptam » cum licentia Em.mi Pignatelli. - c) Allegationes testium processalium: primis adest theatinus: « Conobbi il P. Francesco Xaverio Mastrillo, allora maestro de' novizi, nella casa di S. Paolo di Napoli... Egli è nato nella Terra di Tufino, feudo di sua casa, diocesi di Nola..., da nobili genitori, conoscendo la Sig[a] D. Isabella Mastrillo, sua madre ». - Alter testis: « Conosco il Sig. D. Mario Mastrillo, suo fratello ».

(66) Arch. Stato, Napoli. Espedienti di Consiglio, v. 367, dic. 1769. - Epistola in qua « Pasquale, Arc[o] di Nazaret », postulat die 8 dec. an. 1769 a card. Orsini, ut illum Neapoli iuvet « affinché dalla Maestà del Rè, che Dio ci guardi, concesso sia il grazioso exequatur ». - Alia epistola, qua praefatus cardinalis rescribit eadem die ministro De Marco: « Volendo il Santo Padre premiare le virtù, letteratura e meriti del P. Mastrillo teatino, gli ha nell'ultimo Concistoro conferito l'arcivescovado di Nazaret, unito a Canne e Monte Verde ». De illo adseruit Tannoia: « Monsignor Mastrilli, Chierico regolare Teatino, arcivescovo di Bettelemme [lege: Nazareth] che fu uno che assistette alla di lui [Alfonso] consacrazione, attestò che il Papa, parlandone con alcuni cardinali... disse: Nella morte di Monsignor Liguori, avremo un'altro Santo nella Chiesa di Gesù Cristo ». TANNOIA, *Vita*, lib. III, c. 5, Roma 1800, 22.

quidem, potius quam dux D. Ioannes, iam fere senior, at fidus promotor devotionis familialis (67) erga S. Franciscum Xaverium (Doc. XIII, in fine), inducitur conservatorio infensa ducissa D. Isabella: cuius indoles tumida, litigiosa et pecuniae avida promitur quoque ex infra insertis protocollis, quae ipsam renuentem describunt solvendis debitis in obitu patris sui cum pharmacopola tractis (Doc. XIII). Status insuper oeconomicus camerae ducalis haud nimis floridus evincitur ex pactione, qua an. 1720 uterque feudi dominus sibi coram notario adiudicat renuntiationem bonorum a propinquo filio illegitimo D. Iulio Sersale inter Camaldulenses cooptando (Doc. XIII). Ad haec, inter biographos atque historicos crostarosanos invaluit mos depingendi ducissam D. Isabellam quasi nervolariam, phantasia actam, poëseos et comoediarum illecebris inhiantem, ex quo typis (ut videtur) mandavit fabulam scenicam, cui titulus «*Il prodigio della Bellezza*», certo certius a nemine lectam ex iis, qui de ipsa faciunt mentionem (68), immemores opellam concinnatam fuisse a ducissa in aetate iuvenili.

Utcumque res sit, in *Autobiographia* atque in processu Roccae Piemontis ducissa D. Isabella aperte insimulatur de interpositione sive «ingerentia» hostili in conservatorii regimine: ita ut Priorissam ac moniales bonis exspoliaret «sub sequestro» repositis, immo et privaret auxilio spirituali confessariorum: inde ultra procedens, episcopum Nolanum coercuit ut sanctimonialibus praestaret veniam et consilium discendendi a Mariliano ac, reassumptis dotibus, sese in alia monasteria recipiendi (69).

---

(67) Origo huius cultus familialis debetur celebri miraculo, quo die 3 ianuarii an. 1634 per interventum S. Francisci Xaverii sanatus Neapoli fertur P. Marcellus Mastrilli S.I., qui eodem anno iter instituit versus Iapponem, ubi prope Nangasaki coronatus est martyrio 17 octobris an. 1637, aetatis suae trigesimo quarto. Cfr G.B. MASTRILLI O.F.M.Cap., *Compendio della vita del P. Marcello Mastrilli S.I.*, Napoli 1671, 22 ss. Agitur de compendio biographiae concinnatae a P. Daniele Bartoli, S. I.

(68) « Altre commedie in prosa non lontane dal buon cammino scrissero il cav. beneventano Pietro Piperoni, autore della *Contadina Marchesa*, Isabella Mastrilli duchessa di Marigliano autrice del *Prodigio della Bellezza*, impresa nel 1703, Nicolò Salerno de' baroni di Lucignano [*S. Alfonsi propinquus supposititius*], autore del *Gianni barattieri*, pubblicata nel 1717 ». P. NAPOLI-SIGNORELLI, *Vicende della coltura delle Due Sicilie*, III, Napoli 1811, 99-100. Ex hoc auctore mutuati sunt notitias ceteri scriptores. Ricciardi (*l. cit.*, 652) reddit D. Isabellam participem binae academiae litterariae « del Monte Caprario e della Stadera ». Item G. NATALI, *Il Settecento*, I, Milano 1950, 148. - Ex parte nostra nondum reperire valuimus textum comoediae D. Isabellae, quem frustra exquisivimus Neapoli (B. Nazionale, Girolamini, Benedetto Croce, S. Pietro a Maiella) et Romae. Solummodo adiungimus hoc testimonium coaevum: « Nostra patria, ove si professa la volgar poesia dalle prime e più belle principesse: e più delle altre degne io stimo di venerazione le duchesse di Bruzzano Cantelmo Stuart, di Laurenzana Sanseverino e di Marigliano Mastrilli ». *Giunta al primo tomo del giornale de' letterati.* Bibl. Casanatense, Misc. in 8°, v. 58, Int. 5.

(69) Ex *Autobiographia* decerpimus, saltem summarie: « Una persona molto potente pigliò tale dominio sopra di quel monistero per volontà del Signore, che ridusse le povere Religiose al ultimo delle tribulationi: in maniera tale che furono sequestrati i beni del

Parum fortunatum asceterii Marilianensis finem ab *Autobiographia* declaratum, confirmant quoad substantiam protocolla infra exhibita. In his namque ostenditur communitas, mense februario an. 1723, agens vitam prorsus normalem ac regularem sub imperio Fundatricis ac Priorissae Sororis Verdianae (Doc. IX). Mense autem octobri eiusdem anni procella quassarat naviculam, cuius gubernaculum abiecerat Fundatrix, inde silenter recedens (70): atque in illius sedem conscenderat Soror Maria Serafina della Croce, decorata non titulo Priorissae, sed nova qualificatione, id est, « Superiora e Presidente ad interim » : unde anomalia quaedam regimini illapsa subauditur. Enimvero, die 16 praefati mensis octobris coram anomala Sororum familia se sistunt tres Sorores Crostarosa claustro definitive valedicentes, et quidem propria sponte, ac per fratrem suum D. Franciscum recuperantes iura in eleemosynam dotalem, pridem conservatorio largitam (Doc. IX). Postridie fit similis retrocessio dotis in beneficium Sororis Mariae Illuminatae, pari modo abeuntis ac post se in asceterio relinquentis quattuor dumtaxat Sorores superstites (Doc. XI), de quibus ulteriora protocolla silent. Forsitan eiusmodi instrumenta notarilia, ad rectam eorum interpretationem, praeexigunt considerare quod, si ducissae D. Isabellae irascens flatus convulsit monasterium, minari quoque valuit notariorum libertatem ne protocollis mandarent genuinas causas suppressionis conservatorii.

Quin etiam, ni fallimur, Relationi episcopali « ad limina » die 6 decembris eiusdem anni 1723 missae, subiacet quid obscurum et parum suadens. Enimvero Rev.mus Caraffa adducit ad asceterii extinctionem tres rationes sive melius excusationes: primam, « aëris temperiem », quae Sororum valetudini parum congruebat; secundam, defectum subsidiorum ad vitam alendam; tertiam, Regularum inobservatiam a Praesule comprobatam (Doc. XII 4). Quae sane rationes, nisi gravior addatur inimicitiae ac persequutionis ex parte auctoritatis feudalis, nullatenus per se iustificant desertionem Praesulis, qui pridem, id est, an. 1718 laudaverat monialium fervorem, ad quem an. 1723 recuperandum minime ipsi deficiebant media opportuna atque auctoritas canonica.

---

monistero e furono levati tutti i Padri spirituali alle Religiose.... : in maniera tale che il Vescovo ordinario del luoco consigliò alle Religiose di prendere le loro doti ed ogni una si ricapitasse in altro monistero » (f. 62). In processu Roccae Piemontis declaraverat titulum personae adversantis : « Per alcune differenze insorte tra la Sig.ª duchessa di Marigliano e li superiori ecclesiastici si dismise detto Conservatorio ».

(70) Ad Priorissae indubiam discessionem alludit semel ac per transennam *Autobiographia* : « La mia Madre Superiora avendo avuto un ratto di spirito prima di uscire ella da quel monistero... » (f. 56).

Interea sorores Crostarosa, atque in primis Soror Candida del Cielo(71), suadente etiam atque fere imperante Rev.mo P. Falcoia (72), post brevem in Villa Portici commorationem (73), invenerunt perfugium aptissimum apud conservatorium Scalense, cui sine mora ex familiae deliberatione transmissae sunt dotes antehac Marilianensi adsignatae (Doc. XIV-XV). Per hanc translationem clausa fuit pro Sorore Candida del Cielo experientia Marilianensis, ex qua naturaliter fluunt quaedam conclusiones.

## 5. - *Praecipuae ex hac experientia deductiones.*

Non est infitiandum quod Marilianense quinquennium egerit salutares influxus in formatione spirituali ac claustrali Sororis Crostarosa. Equidem semper et ubique doctrinae theoreticae et practicae, quae avide in aetate iuvenili potantur, pro futuro etiam pergunt conformare mentes ac corda tironum. Cum igitur Soror Crostarosa, 24 annos nata, valedixit Reformationi carmelitanae, huius sibi attraxerat succum medullarem, ac prae primis devotionem Christocentricam, humanitati divini Salvatoris adhaerentem. Hanc etenim adhaesionem ita Mariliani colebant Sorores, ut sub invocatione eiusdem SS. Salvatoris interdum susciperent cognomen «monacationis», et quidem eo tempore quo novitiatus clavum habebat prae manibus Soror Crostarosa (Doc. VII, an. 1722).

Ceteroquin Soror ipsa Crostarosa, a tempore suae probationis Marilianensis, incesserat viâ autonomâ ac personali. Celeriter siquidem superavit tramites asceticos halitu contemplationis, quae ex humanitate Christi procedens convolavit in Verbum divinum, animae Sponsum, atque in corde Venerabilis sanctimonialis consparsit, ex tunc, stillas seu «regulas» septem, *Autobiographiae* insertas, germina vere fecunda (74) ulterioris suae ascensionis plane

---

(71) Ipsamet Soror Candida fatetur se primas partes in negotio amplexam fuisse: «Mi levai ogni dubio e timore e cominciai a spiegarmi con mio padre, mostrando la mia ferma risoluzione di ritirarmi nel monistero di Scala..., sebbene la mia sorella maggiore, che era ancor ella religiosa professa, vi avea ripugnanza, perché... ella non vi si trovava bene col consaputo direttore [Falcoia], perché egli era molto rigido ed il suo [Sororis] spirito era di naturale molto timido, ma ella però dipendeva dalla mia risoluzione» (f. 64).

(72) «Mi rispose [Falcoia] che senza meno il Signore mi voleva nel monistero di Scala... e da quell'ora mi pose il Signore sotto di quella guida, avendo perduta la guida del P.D. Bartolome Cacace, che era stato tanti anni mio Padre spirituale» (f. 63).

(73) Commoratio in Villa Portici explicatur tam ratione valetudinis pro sororibus reficiendae quam ex propensione earum genitoris D. Iosephi Crostarosa ad ipsas transferendas in conservatorium Tramontii. Cfr *Spic. Hist.* 10(1962) 190.

(74) Ecce, exempli gratia, Regula tertia futuro tempore inserenda quoad substantiam Statutis ordinariis utriusque Congregationis SS.mi Salvatoris: «Nell'ore di silenzio [*post meridiem*] ti ricorderai di quelle tre Ore penose, che stiedi in croce, tutto cinto di pene, così nell'anima come nel corpo». *Autobiographia*, f. 36.

mysticae: eo magis quod, etiam dum novitiarum magistram egit, dona contemplationis non semel erumpebant foris per transversas vias raptus extatici aut ardentis « soliloquii », etiam carmine expressi, quod nos in *Autobiographia* allicit.

Originalitas proinde Sororis Crostarosa, qualis posthac elucet in subsequentibus Fundatricis stadiis, nullo modo pessumdatur ex obiectiva experientiae Marilianensis ponderatione. Huius profecto periodi et regulae teresianae reminiscentias secundarias discooperire fas erit in futuris constitutionibus Crostarosanis, Scalae plasmatis et Fodiae quoque laureatis, quin tamen nihil inde substantiale detrahatur propriae ac vivificae synthesi spirituali Ven.lis Sororis Crostarosa, quae — amoris ligamine revincta Verbo Dei incarnato — huius imitationem expressam ac quotidianam assumpsit tanquam tesseram interne specificam utriusque Congregationis SS. Salvatoris ex novo suscitandae. Idcirco, tandem sui iuris claustralis plene compos facta, dum Scalae an. 1731 erigitur Institutum ex integro renovatum, delegit illa quasi vestitionis agnomen et brachii sui signaculum hanc denominationem: « Suor Maria Celeste del SS.mo Salvatore »: abque dubio recordativam prioris quinquennii acti in conservatorio Marilianensi.

## DOCUMENTA

### I

*Protocolla notarilia ad Conservatorium spectantia, ac praesertim super educandis vel novitiis, mox sociis sororum Crostarosa (1715-1718).*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 1041, Nicola Penna.

Anno 1715.

f. 130v. - [*Ad oram:*] Vb.lis Conservatorij SS. Joseph et Theresiae Terrae Mariliani promissio a m.co Arcangelo de Angerio.

Die undecimo mensis Junij mill.mo septinc.mo decimo quinto ...Costituiti nella presenza nostra la Rev.da Suor Verdeiana [*sic*] di Giesù, Priora del d° Ven.le Conservatorio... E il Sig. Arcangelo d'Angerio del casale di S. Vitagliano... Il sud° Sig. Arcangelo have asserito in presenza nostra e di d[a] R.da Priora havere con questa posto in trattato d'introdurre per educande per lo spazio d'un anno in d° Ven. Conservatorio le SS.re Rosalia e Celestina sue figlie... per potere successivamente con l'ajuto di Dio e libera volontà di quelle pigliar l'abito e professare in quello secondo le sue Regole, et a tal effetto haver supplicato Monsig.r Ill.mo di Nola ordinario diocesano per la necessaria licenza, et haver ottenuto dal suo R.do Vic. Gen.le, che la sud[a]

R.da Priora havesse convocato il capitolo per l'accettazione, e si havesse fatto relazione in scriptis, et essendosi convocato il capitolo n'è risultata l'accettazione e per d[a] R.da Priora se n'è fatta la relazione sud[a] in scriptis... Il med[o] Sig. Arcangelo ha promesso e s'è obligato pagare docati sessanta, cioè doc. trenta per ciascheduna di dette sue figlie... nel tempo dell'ingresso et introduzione di dette Sig.re Rosalia e Celestina ... [*Pergunt formulae*]. Praesentibus...

f. 132v. - [*Ad oram*:] Vb.lis Conservatorij monialium Terrae Mariliani promissio a m.co Nicolao de Rosa.

Die vigesima tertia mensis Junij mill.mo septinc.mo decimo quinto... Costituita nella nostra presenza la Rev.da Suor Verdeiana di Giesù Priora... Ed il m.co Nicola di Rosa della med[a] Terra... Il sud[o] m.co Nicola have asserito... haver con quella posto trattato d'introdurre per educanda per lo spazio d'un anno in d[o] Ven. Conservatorio la m.ca Caterina de Rosa, sua consanguinea, figlia del qm. D. Paolo de Rosa, comune padre, vergine per potere successivamente coll'ajuto di Dio e libera volontà di quella pigliar l'abito e professar in quello secondo le sue Regole, et a tale effetto have supplicato Monsig. Ill.mo di Nola ordinario diocesano per la necessaria licenza... Il med[o] Nicola... ha promesso e si è obligato pagare al d[o] Conservatorio ...doc. trenta... [*Renovantur formulae*]. Praesentibus...

f. 269v. - [*Ad oram*:] Vb.lis Conservatorij Puellarum Virginum Terrae Mariliani promissio educandati m.cae Theresiae Persico a m.co Francesco Antonio fratre.

Die vigesima septima mensis decembris mill.mo septinc.mo decimo quinto in Terra Mariliani, et proprie in colloquio seu parlatorio Ven. Conservatorij SS. Joseph et Theresiae...

[*Textus est idem ac in praecedentibus duobus instrumentis, excepta personarum differentia*].

Anno 1716.

f. 106. - Die 19 maii an. 1716. Fit instrumentum simile prioribus pro D. Gennaro di Colantonio di Napoli, cuius filiae « Teresa e Giuseppa » ingrediuntur Conservatorium.

Anno 1717.

f. 130. - Die 11 augusti an. 1717. Longum instrumentum de re oeconomica inter Priorissam Verdianam et Andream Porciello marilianensem.

f. 158v. - Die 3 septembris an. 1717. Emptio pro Conservatorio a m.co Iosepho Calabria « un territorio arbustato e vitato ed edificio di fabrica di capacità di moggia dodeci in circa, situato fuori la porta delle Paludi, giusta altri beni di d[o] Conservatorio ».

Anno 1718.

f. 41. - Die 28 februarii an. 1718. In nostri praesentia Adm. Rev.da Soror Verdeiana a Iesu Priorissa... etiam de licentia Ill.mi et Rev.mi Episcopi No-

lani acceptavit... intus dictum Conservatorium in monialem... m.cam Doroteam Gallo de Neapoli, aetatis suae annorum viginti trium, filiam m.ci U.I.D. Nicolai Gallo... pro cujus dote et monacatu ac eleemosyna dotali hic ibidem praesens supra dictus m.cus U.I.D. Nicolaus eius pater... promisit ducatos quattuor centum...

f. 45. - Eodem die 28 februarii an. 1718. In nostri praesentia... m.ca Candida de Anastasio, vidua qm. Francisci Durante, J[udicis] M[agnae] V[icariae], necnon m.cus Nicolaus Durante, filius dictae m.cae Candidae... Praefata Priorissa... acceptavit intus dictum Conservatorium in monialem ...m.cam Rosam Durante, filiam et sororem respective..., pro cuius dote et monacatu ac eleemosyna dotali... promiserunt ducatos quattuor centum. [*Huic instrumento adnectitur licentia Proregis, subscripta die 4 februarii an. 1718 a Crostarosa*].

f. 50. - Eodem die 28 februarii an. 1718. In nostri praesentia... m.ca Isabella Bascio, legitima uxor m.ci Andreae de Rosa, necnon R.dus diaconus D. Franciscus Antonius de Rosa, filius praedictorum Isabellae et Andreae Terrae Secondigliani de Neapoli... Praefata Priorissa acceptavit ...praefatam Agnetem de Rosa, filiam et sororem respective... pro cujus dote et monacatu ac eleemosyna dotali promiserunt ducatos quattuor centum...

## II

*Summarium de Conservatorii oeconomica initiatione et progressione.*

A. - Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 1041, Nicola Penna.

Anno 1715, f. 124v. - [*Ad oram:*] Francisci de Palma affictus pro Vb.li Conservatorio Monialium Terrae Mariliani.

Die 26 maii 1715, in Terra Mariliani et proprie in Vb.li Conservatorio Puellarum Virginum SS. Josephi et Theresiae... Constituta nella nostra presenza la Sig^a^ Suor Verdeiana di Giesù Priora... E Francesco Palma di d^a^ Terra... La sud^a^ Sig^a^ Priora have asserito... che tra gli altri beni ed effetti ritrovati havere, tenere e possedere d^o^ Conservatorio, applicateli da Monsignor Ill.mo di Nola nell'erettione e fondazione di quello (75), vi è un territorio arbustato e vitato di vite bianche, sito e posto nel luogo detto lo Fosariello... Lo concede in affitto per lo spazio di tre anni continui... dal primo settembre del passato anno 1714 [all']ultimo agosto 1717 per doc. quindici per la prima annata, doc. ventotto per le due restanti annate...

Anno 1717, f. 130. - Die 11 augusti 1717. Constituta la R.da Suor Verdeiana di Giesù... Agitur de concordia oeconomica cum aliis duobus actoribus.

f. 158v. - Die 3 septembris 1717. Emptio iurium pro Conservatorio.

---

(75) Eiusmodi indicationes acuunt in nobis desiderium comperiendi textum primigenium erectionis ab Episcopo signatum atque hucusque ignotum, in quo non modo fundationis pacta ac tituli exprimebantur, verum etiam alia adiuncta loci ac temporis: si enim, ut supra (p. 88) exscripsimus, Marilianum advenerunt Fundatrices die 18 maii an. 1715, processerunt sine mora die 25 eiusdem mensis ad hoc instrumentum locationis firmandum.

Anno 1718. f. 97. - Die 5 iulii 1718. Constituto il m.co Arcangelo d'Angerio del casale di Vitagliano... E la R.de Suor Verdeiana di Giesù Priora... Esso m.co Arcangelo ha asserito.. possedere un pezzo di territorio di moggia ventiquattro, sito nel d° casale nel luogo d° lo Campo... : ha venduto al d° Conservatorio... annui doc. ventiquattro... con fede del Sacro Monte della Pietà intestata alli m.ci Matteo e Francesco Persico per la dote della m.ca Teresa Persico, loro sorella, allora novizia e al presente professa in d° Conservatorio...

B. - Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 2067, Michele Penna.

Anno 1719. f. 45v. - Die 7 martij 1719. Costituite nella nostra presenza la R.da Suor Verdiana di Giesù Priora, Suor Maria di Gesù Vicaria e Suor Teresa del Paradiso e Suor Maria Serafina della Croce monache professe... E dalla parte esteriore Vitonicola Buonincontri... Esse R.da Priora, Vicaria e Monache hanno asserito possedere... un pezzo di territorio scampo e paludoso di moggia nove in circa, sito nel luogo detto Paludi... Dette Priora... precedente Breve Apostolico e decreto della Corte Vescovile di Nola... hanno locato e conceduto il d° territorio all'annuo canone di doc. undeci, tt.tre e grana quindeci...

Protocollo adnectuntur: a) Supplicatio originalis Romam delata: « E.mi e R.mi Sig.ri. Il Conservatorio delle Donzelle Vergini sotto il titolo de' SS. Giuseppe e Teresa della Terra di Marigliano... - b) Responsum S. Congregationis, quae negotium commisit Ordinario loci. - c) Decretum probatorium quod subscribit « Franciscus Maria, E.pus Nolanus ».

f. 56v - Die 14 martij 1719. [*Ad oram*:] D.ni U.I.D. Nicolai Gallo renuntiatio a Sorore Maria Agnese a S. Iosepho.

Costituita... Suor Maria Agnese di S. Giuseppe, monaca non ancora professa nel Ven.le Conservatorio de' Santi Giuseppe e Teresa, in seculo chiamata Dorotea Gallo, figlia del Dr. Sig. Nicola Gallo della città di Napoli... col consenso della R.da Suor Verdiana di Gesù Priora... rinuncia al d° Sig. Nicola suo padre assente qualsivoglino ragioni et attioni, parte, portiones, legittima...

f. 175v. - Die 14 septembris 1719. Constituita Suor Maria Luminata [*sic*] dello Spirito Santo, novitia in d° Conservatorio, in seculo chiamata Teodora de Sarno... ha asserito... possedere nel casale di Ponticello della città di Napoli due territorij paludosi... E volendo professare dentro d° Conservatorio ha deliberato per la sua dote e monacato et elemosina dotale voler donare al Conservatorio sud° detti due pezzi di territorio...

f. 180v. - Eodem die 14 septembris 1719. Fit instrumentum donationis praecedentis.

f. 241v. - Die 13 decembris 1719. Emptio introituum pro Vb.li Conservatorio... Costituiti... Sabbatino e Giuseppe Monna, padre e figlio, del casale di Laidomini [= Laus Domini] di d$^a$ Terra... asseriscono possedere quattro bassi... Hanno venduto al Conservatorio annui doc. sette de carlini d'argento per lo capitale di doc. cento.

f. 251. - Die 16 decembris 1719. Emptio introituum... Costituito Gaetano Esposito del casale di S. Nicola di d$^{a}$ Terra... ha asserito possedere un'ospitio di case in più e diversi membri... Ha venduto al Conservatorio annui doc. otto, tt.tre e grana quindeci... per lo capitale di doc. cento venticinque.

Anno 1720.

f. 92. - Die 1 julij 1720. Emptio introituum. Il m.co Silvestro Verdutij di d$^{a}$ Terra... una massaria arbustata e vitata di moggia dodeci e mezzo... vende annui doc. sette... per capitale di doc. cento.

f. 118v. - Die 1 augusti 1720. Emptio introituum... Vito e Vincenzo Madaloni, padre e figlio, del casale di S. Vitagliano... una casa in due camere con due bassi... vende annui carlini trentacinque per capitale di doc. 50.

f. 127. - Die 4 augusti 1720. Emptio introituum... Tomaso e Andrea de Monna, padre e figlio, del casale di Laidomini, ...casa con due bassi ...vendono annui carlini trentacinque per capitale di doc. 50.

f. 165. - Die 18 augusti 1720. Emptio introituum. Matteo e Andrea Alfiero, padre e figlio, ...un pezzo di moggia tre ...vendono annui carlini trentacinque per capitale di doc. 50.

f. 173. - Die 21 augusti 1720. Emptio introituum. Domenico e Michele de Monna, del casale di Laidomini, ...tre bassi e una camera ...vendono annui doc. sette per capitale di doc. cento.

f. 188. - Die 26 augusti 1720. Emptio introituum... casa in tre bassi.

f. 188v. - Die 24 septembris 1719. [*Ad oram*:] Vb.lis Conservatorij Terrae Mariliani emptio introituum a R.do D. Nicolao et fratribus Calabria.

Costituiti il R.do D. Nicola (76) e Saverio Calabria, fratelli... hanno asserito possedere una massaria di moggia dodeci con edificio di fabrica... fuori la porta delle Paludi ...hanno venduto al d$^{o}$ Conservatorio annui doc. ventiquattro... per lo capitale di doc. quattrocento... per la dote della m.ca Angela Persico loro sorella... al presente professa...

## III

*D. Iosephus Crostarosa an. 1718 constituitur procurator ad casum in protocollo, cuius folium adnexum neapolitanum vocat Conservatorium « S. Maria de' Sette Dolori ».*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 1041, Nicola Penna, f. 125.

[*Ad oram*:] D.ni U.J.D. Josephi Crostarosa procuratio a m.ca Theodora de Sarno.

Eodem die sexto mensis augusti millesimo septicentesimo decimo octavo in Terra Mariliani, et proprie in Vb.li Conservatorio Puellarum Virginum sub

---

(76) Hunc D. Nicolaum Calabria invenimus supra (nota 29) inter canonicos ecclesiae collegiatae S. Mariae Gratiarum.

titulo Sanctorum Joseph et Teresiae Terrae praedictae ante januam ingressus illius.

Constituta in nostra praesentia m.ca Theodora de Sarno, virgo in capillis, filia U.J.D. Josephi de Sarno, ad praesens in d° Vb.li Conservatorio... sponte coram nobis fecit constituitque suum procuratorem m.cum U.J.D. Josephum Crostarosa de Neapoli absentem uti praesentem et recepisse confitendum a Banco SS.mi Salvatoris Neapolis ducatos centum ipsae [*sic*] m.cae constituenti mutuatos a D.no Joanne Berardino Garofalo et sub fide eius crediti solutos...

[*Instrumento adnectuntur*:]

a) f. 123v. - Die sexto augusti 1718... In nostri praesentia m.ca Theodora de Sarno... diebus non longe decursis D.num U.J.D. Josephum Crostarosa missum et internuntium ipsius m.cae Theodorae pro summa ducatorum centum per D.num Joannem Berardinum Garofalo eidem m.cae Theodorae mutuatos... stipulari fecisse instrumentum mutui m.ci Notarij Josephi de Roma civitatis praedictae [Neapolis] die tertio currentis mensis augusti instantis anni 1718 cum promissione de rato. *Inseratur.*

b) Inseritur prolixa copia, nempe: « Die 3 augusti 1718... Costituito il Dr. Sig. Giuseppe Crostarosa de Napoli, messo della Sig.ra Teodora di Sarno, vergine in capillis... ».

c) Supplicatio eiusdem Theodorae ad Proregem eiusque Collaterale Consilium: « Teodora de Sarno, educanda nel monastero di S. Maria de' Sette Dolori dell'Ordine di S. Teresa, e vergine in capillis, espone a V.E. come dovendosi fra breve monacare in d° monastero ha bisogno di docati cento per le spese di monacazione... ». Expeditur decretum « Licet » die 20 iulii eiusdem anni.

## IV

### *D. Iosephus Crostarosa an. 1719 solvit Conservatorio partem dotis pro utraque sua filia novitia.*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 2067, Michele Penna, an. 1719, f. 219.

[*Ad instrumenti oram*:] U.J.D. Josephi Crosta Rosa quietario a Conservatorio SS. Joseph et Theresiae Terrae Mariliani.

Eodem die decimo mensis Novembris millesimo septicentesimo decimo nono in Terra Mariliani, et proprie in colloquio seu parlatorio Vl.lis Conservatorij SS. Joseph et Theresiae Puellarum Virginum Ordinis Theresiani Terrae praedictae ante crates ferreas illius, a parte tamen interiori.

In nostri praesentia constituta R.da Soror Verdiana a Jesu, Priorissa dicti Vl.lis Conservatorij... sponte coram nobis declaravit et confessa est se ipsam... recepisse et habuisse a m.co U.J.D. Josepho Crostarosa de Neapoli praesente ducatos bis centum per medium Banci SS.mi Salvatoris... Et sunt dicti ducati bis centum... in computum ducatorum mille de dotibus et eleemosinis dotalibus statutis in Regulis dicti Conservatorij et per dictum U.J.D. rem solvi promissis m.cis Ursulae et Juliae Crostarosa ad praesens Novitiis in Conservatorio praedicto ante earum professionem.

Pro quibus ducatis bis centum d^a R.da Priorissa... in computum praedictorum ducatorum mille libere quietavit dictum U.J.D.rem Josephum praesentem... Reliquos vero ducatos octincentum pro complemento dictorum ducatorum mille ex causa dotium et eleemosinarum dotalium praedictarum Ursulae et Juliae, dictus U.J.D.r Joseph promisit seque obligavit solvere dicto Conservatorio et pro eo dictae R.dae Priorissae... infra annos quattuor ab hodie, et isto medio tempore habens respectum ad alimenta praestanda per dictum Conservatorium dictis Ursulae et Juliae aliaque necessaria in Regulis praedictis contenta, solvere et corrispondere interussurium sive interesse illorum ad rationem ducatorum sex per centum et annuos ducatos quadraginta octo semestratim, et solvere semestrem anticipatum...

Cum pacto quod deficiente dicto m.co U.J.D.re Josepho tam a solutione praedictorum ducatorum octincentum elapso quatriennio praedicto ac dictorum quadraginta octo pro quolibet semestre illorum possit instrumentum dictum Conservatorium praedictaque Priorissa... contra dictum U. J. D.rem criminaliter et liquido produci.

Praesentibus Judice m.co Josepho Secatorelli terrae Mariliani Regio ad contractus, R.do D. Nicolao Palummo, D. F.co Ant^o Abatessa, F.co Madaluni et Not. Nic. Penna dictae Terrae testibus.

## V

*Dotes utriusque Sororis Crostarosa impenduntur fructuose a Conservatorio Marilianensi eodem anno 1719.*

Arch. di Stato, Caserta. L. cit. in intrumento praecedenti, f. 229v.

[*Ad oram*:] Vb.lis Conservatorij Mariliani emptio introituum a mc.o. Arcangelo d'Angerio.

Die vigesimo quarto mensis Novembris millesimo septincentesimo decimo nono in Terra Mariliani, et proprie in colloquio seu parlatorio Vb.lis Conservatorij SS. Joseph et Theresiae Puellarum Virginum Ordinis Theresiani ante crates ferreas illius a parte tamen exteriori.

Costituito nella presenza nostra il m.co Arcangelo d'Angerio del casale di S. Vitagliano... da una parte. E dalla parte interiore di dette grate la R.da Suor Verdiana di Giesù Priora... Esso m.co Arcangelo spontaneamente have asserito... possedere un pezzo di territorio arbustato e vitato di moggia ventiquattro in circa, sito e posto in pertinenza di d^o casale nel luogo detto lo Campo... E fatta l'assertiva lo d^o m.co Arcangelo ha venduto et alienato al d^o Conservatorio annui doc. tredici de' carlini d'argento, precipui e delli primi frutti, affitti et entrate che ogni anno pervengono e perveniranno tanto dal d^o territorio... quanto da tutti altri suoi beni.

E questo per lo capital prezzo di doc. duecento, quali d^o m.co Arcangelo ha dichiarato haverli ricevuti dalla d^a R.da Priora... per mezzo del Banco del Salvatore di Napoli con fede in testa del m.co Dr. Giuseppe Crostarosa, spedita dal Banco a 7 del corrente novembre, per conto delli doc. milla delle doti et elemosine dotali delle m.ce Orsola e Giulia Crostarosa sue figlie,

attuali Novitie in d° Conservatorio: che per gl'altri doc. ottocento ne ha d° Dr. Giuseppe cautelato il Conservatorio sud° per istromento rogato per mano mia. Quali doc. ducento s'impiegano nella presente compra così per cautela di d° Dr. Giuseppe come per osservanza delle Regole di d° Conservatorio... Del quale prezzo d° m.co Arcangelo se n'è dichiarato ben contento e sodisfatto, e quando forse d'annuo doc. tredici come sopra venduti valessero più delli suddetti doc. duecento, da ora d° m.co Arcangelo ha donato e dona detto di più al d° Conservatorio... [*Pergunt formulae prolixae*].

Huic protocollo adnectuntur:

a) Declaratio marginalis eiusdem notarii dicentis: « Si nota come per la dimissione dell'introscritto Conservatorio l'istroscritti docati duecento con la loro annualità di doc. tredici per delegatione fattane dall'introscritto D. Giuseppe Crostarosa al Conservatorio di Scala, dall'introscritto D. Arcangelo... al d° Conservatorio si pagano ».

b) Copia instrumenti posterioris, quo D. Archangelus d'Angerio obligationes suas erga familiam Crostarosa delevit: « Fo fede io Notar Gioachino Candela della città di Nola come mediante istromento rogato per mano mia sotto li otto agosto 1750 in d$^a$ città D. Luiggi Crostarosa, figlio ed erede del qm. D. Michele Crostarosa, che fu figlio ed erede del qm. Dr. Sig. Giuseppe Crostarosa della città di Napoli, in virtù di decreto interposto della Gran Corte della Vicaria... sotto li 5 del passato mese di giugno del corrente anno 1750, col quale sta ordinato che il capitale de' doc. ducento e suoi annui doc. tredici dovuti dal fu Sig. Archangelo d'Angerio al fu Dr. Sig. Giuseppe era spettato e spetta al d° Sig. D. Luiggi, come figlio ed erede di d° qm. D. Michele suo padre...: il d° Sig. D. Luiggi... ha confessato aver ricevuto ed avuto dalli Sig.ri D. Vito d'Angerio e Lucrezia Ricca coniugi del casale di S. Vitagliano... doc. duecento per Banco del Sacro Monte de' Poveri... E sono detti doc. ducento in sodisfattione di simil somma de doc. 200 di capitale dovuti al d° fu D. Giuseppe dal d° fu D. Archangelo... in virtù dell'istromento rogato per mano del Notar Michele Penna di d$^a$ Terra di Marigliano sotto li 24 novembre 1719... [*Subdit formulas « quietationis »*].

## VI

*Utraque Soror Crostarosa comparet post professionem in diversis Communitatis instrumentis*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., Pacco 2067, Michele Penna.

Anno 1720.

f.199v. - [*Ad oram:*] Nic. de Rosa concessio in emphyteusim a Vb.li Conservatorio Mariliani.

Die duodecimo mensis septembris millesimo septincentesimo vigesimo... Costituta... la R.da Suor Verdiana di Giesù Priora, Suor Teresa del Paradiso, Suor Maria Serafina della Croce, Suor Maria Agnese di S. Giuseppe, Suor Maria Illuminata dello Spirito Santo, Suor Maria Angela del

divino Amore, Suor Maria Arcangela del Sacramento, Suor Colomba dello Spirito Santo e Suor Candida del Cielo, monache professe nel d° Conservatorio in unum capitolarmente congregate e coadunate nel parlatorio sud° a suono di campanello come è di costume...

Ed il m.co Nicola de Rosa dela Terra sud[a]... Esse R.da Priora e Monache... asseriscono possedere due pezzi di terreno arbustati e vitati... l'uno di moggia quattro in circa, l'altro di moggia due, siti nel luogo d° la Selva... hanno locato all'annuo canone seu cenzo enfiteutico di doc. dodeci e mezzo.

f.203v. - Eodem die 12 septembris 1720. Alia emphyteusis pro Domenico Nicotera « territorio di moggia tre nel luogo la via Reale ».

Anno 1721.

f.13v. - Die vigesimo nono januarij millesimo septingentesimo vigesimo primo... Costituite le RR. Suor Verdiana di Giesù Priora e Suor Teresa del Paradiso, Suor Maria Serafina della Croce, Suor Maria Agnese di S. Giuseppe, Suor Maria Illuminata dello Spirito Santo, Suor Maria Angela del divino Amore, Suor Maria Arcangela del Sacramento, Suor Colomba dello Spirito Santo e Suor Candida del Cielo, monache professe del Conservatorio sud° in unum capitolarmente concreate [*sic*] e coadunate nel parlatorio sud° a suono di campanello come è di costume...

E Giuseppe Manzone del casale di Casaferro di d[a] Terra. Esse R.da Priora e Monache... asseriscono possedere un pezzo di territorio di moggia quattro in circa nel luogo d° la Selva... hanno locato all'annuo canone seu cenzo enfiteutico di doc. dodeci...

f.105v. - Die 5 iunii 1721. Emptio introituum... Costituti... E dalla parte interiore... la Rev.da Suor Verdiana di Giesù Priora, Suor Teresa del Paradiso, Suor Maria Serafina della Croce, Suor Maria Angela del divino Amore, Suor Maria Agnese di S. Giuseppe, Suor Maria Arcangela del Sacramento, Suor Maria Illuminata dello Spirito Santo, Suor Colomba dello Spirito Santo e Suor Candida del Cielo, monache professe... Agitur de dando mutuo 100 ducatorum.

## VII

*Adferuntur puellae educandae vel novitiae, Conservatorio aggregatae post professionem utriusque Sororis Crostarosa.*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 2067, Michele Penna.

Anno 1720.

f.92. - Die 10 junii 1720. Costituita la R.da Suor Verdiana di Giesù, Priora... Ed il Sig. Pietro di Bisogno di Napoli... ha asserito havere con quella [Priora] posto in trattato d'introdurre per educande per lo spazio d'un anno le Sig.re Apollonia e Elisabetta di Bisogno sue figlie vergini per potere con l'ajuto di Dio monacarsi...

f.230. - Die 15 octobris 1720... Costituiti li Sig.ri Giacomo e Dr. Giu-

seppe di Pietro, padre e figlio della città di Napoli... E la R.da Suor Verdiana di Giesù Priora... Essi padre e figlio hanno asserito come hanno posto per educande nel d° Conservatorio le SS.re Bianca Maria et Agnese di Pietro, loro figlie e sorelle respettive sei mesi in circa sono, con l'obligo di pagare per l'anno di d° Educandato doc. sessanta, cioè doc. trenta per ciascheduna... hanno ottenuto che non ostante [non] fusse complito l'anno di d° Educandato si fussero dette SS.re Bianca Maria et Agnese monacate nel Conservatorio sud°, e con tale licenza [Episcopi] questo presente giorno dal Vicario Generale si procederà alla d^a^ monacazione coll'impositione de' nomi alla d^a^ Bianca Maria di Suor Maria Maddalena delle Piaghe di Giesù et alla d^a^ Agnese di Suor Cherubina del Core di Giesù, e per esecuzione dell'ordine di d° Ill.mo Vescovo si fussero detti padre e figlio insimul obligati nella somma di doc. mille per le doti et elemosine dotali.

f.233. - Eodem die 15 octobris 1720. Costituita la R.da Suor Verdiana di Giesù Priora... ha dichiarato haver recevuto dal m.cp Notar Pietro d'Ajello di Napoli, padre della Novitia Suor Maria Angelica di Santa Teresa... che questo sud° giorno doveva professare doc. cento per mezzo del Banco di S. Eliggio Maggiore... a complimento di doc. cinquecento, intiera dote et elemosina dotale di d^a^ Suor Maria Angelica sua figlia, atteso gli altri doc. quattrocento l'ha d° Conservatorio ricevuti...

Anno 1721.

f.55v. - Die 25 aprilis 1721. Costituito il m.co Donato di Stefano della città di Napoli... E la R.da Suor Verdiana di Giesù Priora, Suor Teresa del Paradiso... [*Pergit elenchus nominativus sanctimonialium*]. Esse RR. Priora e Monache... di licenza dell'Ill.mo e Rev.mo Monsignor Vescovo di Nola hanno accettato... per monaca Suor Bonaventura di S. Anna, figlia di d° m.co Stefano, al presente Novitia nel Conservatorio sud°, di sua età d'anni diecisette in circa, vergine in capillis qua presente, con tutti gl'onori, pesi, gradi e prerogative solite e consuete in d° Conservatorio... Per la dote, monacato et elemosina dotale della quale Novitia Suor Bonaventura d° m.co Donato de Stefano spontaneamente ha promesso di dare doc. cinquecento di carlini d'argento...

f.33v. - Die 11 junii 1721. Instrumentum super novitia Maria Felicia della SS.ma Trinità, quod transcribimus infra (Doc. VIII).

Anno 1722.

f.30v. - Die 11 februarii 1722. Costituita... la Sig. D. Teresa Velázquez, al presente Novitia in d° Conservatorio..., confidata nell'integrità del R.do D. Rodrigo Velázquez suo fratello presente... lo fa suo Procuratore.

f.94. - Die 12 aprilis 1722. Costituita... Suor Maria Carmela del Salvatore, al presente Novitia in d° Conservatorio, in seculo chiamata D. Teresa Velázquez... E la R.da Suor Verdiana di Giesù Priora, Suor Teresa del Paradiso [*Sequitur elenchus nominativus monialium*] La detta Novitia... spontaneamente have asserito qualmente essendo stata di licenza dell'Ill.mo

e Rev.mo Vescovo di Nola accettata dentro d° Conservatorio per monaca... E volendo... di brieve fare la sollenne professione seu oblatione dentro il Conservatorio sud°, et a quello et a alle dette RR. Priora e monache dare, pagare e sodisfare li doc. cinquecento di sua dote, monacato et elemosina dotale, e non havendo quelli tutti prontamente, ma asserendo... tenere e possedere annui doc. dieceotto e grana sessanta cinque sopra li arredamenti de' ferri di Otranto, Bari e Basilicata... [*Pergunt tituli, ex quibus trahit summam donationis*].

f.102v. - Die 23 aprilis 1722. Emptio introituum: ex accepta summa praecedentis donationis.

## VIII

*D. Iosephus Crostarosa, gubernator et thesaurarius ecclesiae S. Christophori, mutuum dat an. 1721 in beneficium Sor. Mariae Feliciae.*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., Michele Penna, an. 1721, f. 93v.

Die 11 junii 1721... Costituta... Suor Maria Felicia della SS. Trinità, al presente novitia in d° conservatorio, nel secolo chiamata Maddalena Anastasio... have asserito qualmente à 9 corrente mese di giugno il Sig. D. Andrea Maiorino suo zio... in nome di essa Suor Maria Felicia et affinche quella di brieve havesse potuto fare la sua professione seu oblatione nel conservatorio sud°: e per d° effetto li bisognavano alcune summe di denaro per le spese che ci occorrevano, fece vendita... in beneficio della Real Chiesa di S. Cristoforo di Napoli, costrutta rimpetto la Reale Chiesa di S. Maria la Nova, e per essa del Dr. Sig. Giuseppe Crostarosa, Governatore e Tesoriero di d$^a$ Reale Chiesa, d'annui doc. sei, primi et effettivi che ogni anno pervengono e perverranno tanto da una massaria di moggia quarante sette in circa, sita nel casale di S. Sebastiano nel luogo d° Porchianiello...: e da una casa palatiata con giardino, sita nel borgo di S. Antonio Abbate... E questo, per lo prezzo di doc. cento sei, quali d° Sig. Andrea in d° nome dichiarò havere ricevuti da d° Vb.le Chiesa di S. Cristoforo, e per essa da d° Dr. Sig. Giuseppe come Governatore e Tesoriero, ut supra..., come dall'istromento stipulato dal m.co Notar Palmiero del Mari di Napoli a d° dì 9 giugno, copia del quale (Inseratur). [*De facto inseritur adnexa copia citati instrumenti*].

f.96. - Eodem die 11 junii 1721. Costituta... Suor Maria Felicia della SS. Trinità, al presente novizia..., have asserito... come a 10 giugno del presente anno 1721 il Dr. Sig. Crostarosa..., come procuratore di essa, pigliò ad impronto dal Sig. Giovanni Berardino Garofalo della città di Napoli doc. cento, che confessò esso med° Sig. Giuseppe haverli ricevuti dal d° Sig. Gio. Berardino... all'interesse di doc. cinque... [*Cum hypotheca super praedio et domo, de quibus agitur in praecedenti instrumento. Praebetur adnexa copia instrumenti signati inter D. Iosephum et D. Ioannem B. Garofalo*].

f.116. - Die 12 nov. 1721. Instrumentum quo moniales, adstantibus Sororibus Crostarosa, locant domum conservatorio propriam.

## IX

*Status personalis Conservatorii anno 1723 ante eiusdem suppressionem.*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 2067, Michele Penna, f. 23v.

[*Ad oram*:] Emptio introituum pro Vb.li Conservatorio...

Eodem die quarto mensis februarij millesimo septincentesimo vigesimo tertio in Terra Mariliani, et proprie in quolloquio [*sic*] seu parlatorio Vb.lis Conservatorij Puellarum virginum sub vocabulo SS. Joseph et Theresiae Ordinis Theresiani... ante crates ferreas illius, a parte tamen exteriori. Costituito nella presenza nostra il Sig. Arcangelo d'Angerio del casale di S. Vitagliano.

E dalla parte interiore di dette grate la R.da Suor Verdiana di Giesù Priora, Suor M$^a$ Serafina della Croce Vicaria, Suor Teresa del Paradiso, Suor M$^a$ Agnese di S. Giuseppe, Suor Mariangiola del divino Amore, Suor M$^a$ Illuminata dello Spirito Santo, Suor M$^a$ Arcangela del Sacramento, Suor Colomba dello Spirito Santo e Suor Candida del Cielo, monache oblate in d$^o$ Conservatorio in unum capitolarmente coadunate e congregate in d$^o$ luogo a suono di campanello...

Esso Sig. Arcangelo have asserito... possedere un pezzo di territorio paludese scampo lavorandino di capacità moggia sette in circa, sito nel d$^o$ casale... : ha venduto al d$^o$ Conservatorio annui doc. dieceotto per lo capitale di doc. trecento... dichiara averli ricevuti dalle dette RR. Priora, Vicaria e Monache per mezzo del Sacro Monte della Pietà con fede del Sig. Bonaventura di Napoli del 4 dicembre 1722, e per d$^o$ Sig. Bonaventura girati e pagati fra la summa delli doc. quattrocento che da quello se li pagano per la dote di Antonia di Napoli, sua nipote e figlia del qm. D. Francesco Andrea suo fratello...

## X

*Protocollum quo die 16 octobris an. 1723 retroceduntur dotes utrique Sorori Crostarosa professae earumque sorori educandae, monasterio valedicentibus.*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 2067, Michele Penna, f. 232.

[*Ad oram*:] U. J. D.s Josephi Crostarosa retrocessio capitalis a Vb.li Conservatorio Mariliani.

Die decimo sexto mensis octobris millesimo septincentesimo vigesimo tertio in Terra Mariliani, et proprie in colloquio seu parlatorio Vb.lis Conservatorij Puellarum Virginum SS. Joseph et Theresiae Ordinis Theresiani Terrae praedictae ante crates ferreas illius, a parte interiori.

Costituite nella presenza nostra la R.da Suor Maria Serafina della Croce al presente Superiora e Presidente per interim, Suor Maria Teresa del Paradiso, Suor Maria Angela del divino Amore, Suor Maria Agnese di S. Giuseppe, Suor Maria Arcangela del Sagramento e Suor Maria Illuminata dello Spirito Santo, monache professe seu oblate in d$^o$ Conservatorio in unum congregate e coadunate in d$^o$ luogo ad sonum campanulae, come è di co-

stume, facienti e rappresentanti il Conservatorio sud°, da una parte. E dalla parte esteriore di dette grate il Dr. Sig.r Francesco Crostarosa di Napoli, messo et internuncio del Dr. Sig.r Giuseppe Crostarosa suo padre...

Esse parti spontaneamente hanno asserito avanti di noi qualmente nell'anno 1719 si monacarono in d° Conservatorio e poi in quello nel tempo stabilito nelle Regole professarono Suor Candida del Cielo e Suor Colomba dello Spirito Santo, figlie del d° Dr. Giuseppe e sorelle del d° Dr. Francesco: e per conto delle loro doti seu elemosine dotali di doc. mille, cioè doc. cinquecento per ciascheduna, per le quali il med° Dr. Giuseppe si ritrovava obligato per istromento rogato per mano mia, ne ha pagato al d° Conservatorio doc. ducento per mezzo del Banco del Salvatore di Napoli, e ne ricevè a suo beneficio ampia quietanza, con restar debitore di altri doc. ottocento, e di quelli ne ha portato il peso con pagarne al sud° Conservatorio l'annuo interesse convenuto nel menzionato istromento: quali suddetti doc. duecento, come sopra, ricevuti per mezzo di d° Banco, furono dal d° Conservatorio, e sua R.da Superiora in quel tempo, impiegati in compra d'annue entrate col m.co Arcangelo d'Angerio del casale di Vitagliano pertinenza della Terra sud$^{a}$, per li quali ne fece vendita in beneficio del med° Conservatorio col patto di ricomprare quandocumque detti annui doc. tredici alla ragione del sei e mezzo per cento per istromento similmente rogato per mano mia il dì dieci del mese di novembre di d° anno 1719, al quale...

E perché dette Suor Candida (77) e Suor Colomba per non ritrovarsi comode di stare in d° Conservatorio per giusti fini le loro menti moventino, e vogliono passare in altro monistero, ò dove ad esse e d° loro padre più meglio parerà e piacerà, questo presente giorno vogliono uscirsene dal Conservatorio sud°, che però consenziente d° Dr. Francesco in d° nome, anco di volontà del d° Dr. Giuseppe suo padre, le sud.e RR.de Superiora e Monache in detti nomi, non ostante che le Regole di d° Conservatorio dittassero in contrario (78), ex nunc hanno ceduto e rinunciato in beneficio del med° Dr. Giuseppe assente e per esso al predetto Dr. Francesco suo figlio in d° nome presente lo sud° capitale di doc. ducento conseguendi dal d° m.co Arcangelo con d$^{a}$ loro annualità di doc. tredici, dello stesso modo e forma e con le medesime condizioni e circostanze contenute, apposte e dichiarate in d°

---

(77) Nescimus utrum Soror Candida, natu minor, memoretur primo loco propter ignorantiam notarii an ratione munerum, quae ei praelationem conferebant coram sorore sua Colomba: an etiam ob voluntatem fortius expressam recedendi a conservatorio, uti supra (nota 71) animadvertimus.

(78) Invocatio ad conservatorii statuta, quibus vetabatur dotium restitutio, secum fert salebrosam quaestionem historico-canonicam. Sacrum Concilium Tridentinum (Sess. XXV, c. 15) gravissime praescripserat « ut abeuntibus ante professionem, omnia restituantur quae sua erant »: abeuntibus autem post professionem, et quidem propria abeundi voluntate, retinebant communiter constitutiones totam vel maiorem partem substantiae, quam in professione cesserant monasterio sanctimoniales. Hinc, in casu sororum Crostarosa, suis asceterii iuribus renuntiare praesumunt superiorissa eiusque consilium Marilianense. Quae quidem iurium conflictio renovabitur post decennium, cum sorores Crostarosa discedent a monasterio Scalensi, cuius antistita et moniales — intuitu dotium retinendarum — declarabunt Sororum discessum prorsus ultroneum et abitrarium, dum ex opposito familia Crostarosa — ex necessitate recuperandi dotes — coram notario definiet praedictum discessum tanquam expulsionem iniustam ac indecoram.

istrumento di vendita d'annue entrate per mano mia, e non altrimenti nè d'altro modo.

Di modo che da ora in avanti et in perpetuum detti annui doc. tredici, come sopra, del d° m.co Arcangelo venduti in beneficio di d° Conservatorio passino nel pieno dominio, possessione e percezione di d° Dr. Giuseppe, suoi eredi e soccessori à sempre haverli, tenerli, possederli, ad altri assegnarli, venderli, cedendoli dette RR.de Superiora e Monache in detti nomi ogni ragione al d° Conservatorio competente contro d° m.co Arcangelo, et altri con esso forse insimul obligati..., ponendo d° Dr. Giuseppe in luogo di d° Conservatorio e costituendolo procuratore irrevocabile, come in cosa propria a domandare, conseguire et esiggere dal d° m.co Arcangelo, suoi eredi e soccessori tanto li suddetti doc. tredici..., quando d° lor capitale di doc. ducento.

Di più le suddette RR.de Priora e Monache in detti nomi hanno cassato lo d° istromento per mano mia, nel quale d° Dr. Giuseppe si era obligato pagare per gl'altri doc. ottocento pagarne l'interesse al d° Conservatorio: di modo che da ora in avanti et in futurum non faccia più fede in giudizio ne estra, et hanno liberamente quietato il med° Dr. Giuseppe assente e per esso suo figlio in d° nome presente, tanto dell'interesse sin'ora decorso delli suddetti doc. ottocento, per il quale ne è stato d° Conservatorio intieramente soddisfatto in contanti, quanto dell'interesse oretenus convenuto e decorso di tutti gl'anni di educandato della Sig.ra Giovanna Crostarosa, altra sua figlia nel med° Conservatorio sino alla presente giornata, e per la cause suddette d° Conservatorio e suddette RR.de Superiora e Monache in detti nomi non hanno che prendere dal d° Dr. Giuseppe... [*Pergunt formulae « quietationis »*]. Pro quibus omnibus...

Praesentibus Judice m.co Josepho Secatorelli Terrae Mariliani Regio ad contractus, R.do D. Nicolao Antonio de Sena, D. Nicolao Calabria, D. Nicolao del Duce, U. J. D. Julio de Angerio et Not. Joanne Marco d'Amato dictae Terrae testibus.

## XI

*Die sequenti, 17 octobris eiusdem anni 1723, recedit a Conservatorio Soror Maria Illuminata a Spiritu Sancto.*

Arch. di Stato, Caserta. L. cit., f. 239v.

[*Ad oram*:] Sororis Mariae Illuminatae a Spiritu Sancto renuntiatio a Conservatorio Mariliani.

Die decimo septimo mensis octobris millesimo septincenterimo vigesimo tertio... Costitute le RR.de Suor Maria Serafina della Croce, attuale Superiora e Presidente per interim in d° Conservatorio: necnon Suor Maria Teresa del Paradiso, Suor Maria Angela del divino Amore, Suor Maria Arcangela del Sacramento e Suor Maria Agnese di S. Giuseppe, monache professe seu oblate nel Conservatorio sud°... hanno asserito qualmente gli anni passati essendosi monacata in d° Conservatorio e poi professata Suor Maria Illuminata dello Spirito, e per la sua dote et elemosina dotale fece asegna-

mento... di un suo pezzo di territorio paludese sito nel casale di Ponticello, dal quale se ne percepiscono d'affitto annui doc. sessanta... (Vedi sopra: Doc. II, B, f. 175).

Et essendosi già fatto il caso che d$^{a}$ Suor Maria Illuminata per giusti fini sua mente moventino e perche così ad essa ha piaciuto e piace vuol partirsi da d$^{o}$ Conservatorio et andarsene dove ad essa parerà e piacerà, conforme così avanti di noi e delle suddette RR.de Superiora e Monache la d$^{a}$ Suor Maria Illuminata lo dichiara et attesta. Che però esse suddette RR.de Superiora e Monache... cassano, irritano et annullano l'istromenti suddetti [*donationis*].

## XII

*Episcopi Nolani relationes « ad limina » super Conservatorio Marilianensi.*

Arch. Vaticano. Concilio, Relationes dioec., Nolanae, ann. 1715-1723.

1. - Anno 1715, die 8 martii, Rev.mus Franciscus M$^{a}$ Caraffa denuntiat nimias puellarum neapolitanarum admissiones in dioecesi nolana, ob causas oeconomicas.

« Hinc ad moniales descendo... Observantia edicti SS.mi D.ni Nostri [Clementis XI] circa expensas officiorum promovetur, licet monasteria ita sint indigentia, ut ex propriis redditibus ipsis supplere non valeant... Cumque ex sola duodecim milliorum [*sic*] distantia huius civitatis ab illa Neapolis, ac etiam ex parvitate dotium, commodum sit neapolitanis eorum filias in his collocare, continuae non desunt instantiae pro admissione novarum puellarum in moniales: ideoque piissimum EE. VV. obsecro zelum pro declaratione, quod in monasteriis huius civitatis non admittantur moniales exterae nisi soluta maiori dote, permittendo tantum puellis dioecesis ingressum cum solita dote... ».

2. - Anno 1718, die prima novembris, Rev.mus Praesul effert magnis laudibus conservatorium Marilianense.

« Proinde cum, mensibus transactis, obtemperare cupimus mandatis huius S. Sedis, abusum circa expensas ac invitationes in ecclesiis monialium, dum potissimum ad habitum professionesve admittebantur, eradicare voluimus, commota civitate, quamplurium nobilium odia expertus sum; sed patientia, longanimitae ac fide in Jesum Christum, qui me confortat, iis magna ex parte superatis, fine intento sum potitus. Ab his certe vanitatibus immune ac alienum est Monasterium seu Conservatorium, quod sub invocatione SS. Josephi et Theresiae de novo servatis servandis fundatum est in castro Mariliani, ex insignioribus huius dioecesis locis, in quo servata strictiori S. Theresiae Regula, Virgines absque solemnium votorum emissione ac perpetuae clausurae obligatione, Deo devote famulantur ac offeruntur, iamque virtutum odore apud populum, maiora in futurum sperantem redolent, ac usque nunc ad Chori servitium addictae degunt numero decem ».

3. - Anno 1721, die prima decembris, Rev.mus Episcopus de monialibus contentus laudat missionarios.

« In dioecesi praefata tria monasteria monialium reperiuntur...: ac duo conservatoria, in terris videlicet Octaviani et Mariliani, in quibus regularis observantia habetur... Et licet in hac dioecesi prope Terram Mugnani sit Congregatio Presbyterorum Regularium [*sic*] Missionariorum sub titulo S. Petri ad Caesaranum (79) in convictu viventium, attamen fundari curavi aliam congregationem Missionis in civitate: et ab istis duabus, ut plurimum, in dioecesi missiones et exercitia publica peraguntur, praeter PP. Pios Operarios et PP. Missionis Neapolis, qui etiam in eodem s. ministerio in hac eadem dioecesi laborant ».

4. - Anno 1723, die 6 decembris, Rev.mus Antistes nuntiat Conservatorii infortunia ac imminens naufragium.

« In dioecesi vero tria alia monialium monasteria sunt, unum videlicet in Terra Summae [Somma], et duo in Terra Lauri ac in Terra Octaviani adest aliud conservatorium ad quod, licet a longe, semper oculos et cor intentos habeo. In Terra vero Mariliani, paucis abhinc annis, erat quasi erectum conservatorium puellarum: verum ob aëris temperiem, deficientiam subsidii et cognitam a me Regularum inobservantiam, plures ex iis ad paternos lares rediere, aliae aliud conservatorium sibi curarunt: unde prope est, ut in totum destituatur, et forsan servatis servandis in eodem loco Religiosi succedent, qui vere quae Christi sunt quaerent ».

In successivis triennalibus Relationibus « ad limina » desideratur quaelibet conservatorii Marilianensis mentio.

## XIII

*Protocolla summaria super Exc.mo D. Joanne Mastrillo Vandeneynde, duce Mariliani, ac super Exc.ma D. Isabella Mastrillo, ducissa eiusdem loci.*

Arch. di Stato, Caserta. Prot. Not., pacco 2067, Michele Penna.

Anno 1719, f.172v. - Die 9 septembris 1719 Mariliani... In nostri praesentia Exc.ma D.na Isabella Mastrilli, legitima uxor Ecc.mi D.ni Joannis Mastrilli Vandaneynde, ducissa Terrae praedictae et comitissa Roccae Rainolae... sponte asseruit... ad ipsam uti comitissam dictae Roccae Rainolae spectare jus eligendi beneficiatum sive cappellanum in beneficium sive cappellam S.cti Nicolai fundatum intra castrum dictae Roccae Rainolae, Nolanae dioecesis... Elegit ac praesentavit in cappellanum sive beneficiatum... cl[eri]cum D. Marium Mastrilli eius filium...

Anno 1720, f.171v. - Die 25 augusti 1720. Costituito il Sig. Giulio Sersale, figlio naturale del qm. Sig. Conte di Casamarciano D. Annibale Sersale di Napoli, al presente in questa Terra, have asserito avanti di noi e dell'Ecc.mi Sig.ri D. Isabella Mastrilli e D. Giovanni Mastrilli Vandeneynde, duchessa e duca di questa Terra, qualmente dal giorno dela morte del qm. D. Eliggio Sersale, fratello di d° qm. Sig. Conte e per esecuzione della disposizione fatta

(79) Super Congregatione S. Petri a Caesarano Cfr *Spic. Hist.* 10(1962) 453. - Item: G. Remondini, *Della Nolana ecclesiastica storia*, III, Napoli 1757, 411-440, 482.

nel suo ultimo testamento, si è da detti Ecc.mi SS.ri sempre corrisposto al d° D. Giulio il vitalitio per suoi proprij alimenti: e con effetto si è quello mantenuto nel seminario di Nola a loro proprie spese.

Essendo stato d° D. Giulio ispirato da divino lume intende fervorosamente incaminarsi per la vera strada del cielo con prendere l'abitò (permettendolo Iddio) di brieve della Religione camaldulese: che però da ora per allora, e professato che haverà in d[a] Religione, ha cedutto a detti Ecc.mi Sig. Duca e Duchessa... non solo il vitalitio, ma anche qualsivoglia altra pretenzione tanto sopra l'eredità del med° D. Eliggio, quanto del d° qm. Sig. D. Annibale suo padre, come anche del legato a suo beneficio fatto dalla qm. Sig. Eleonora Mastrilli, contessa di Casamarciano, madre delli suddetti Sig.ri D. Annibale e D. Eliggio...

Anno 1721, f.150. - Die 13 septembris 1921 Mariliani... In nostri praesentia cl.cus D. Marius Mastrilli, rector et beneficiatus simplicis beneficii sub titulo S. Nicolai, constituti et fundati in ecclesia Roccae Rainolae... constituit dictae Ven.lis cappellae et beneficii procuratorem generalem... m.cum D. Thomam Franco...

Anno 1722, f.125. - Die 9 maij 1722 Mariliani... Constituita l'Ecc.ma D. Isabella Mastrilli, duchessa di d[a] Terra... col consenso dell'Ecc.mo Sig. D. Giovanni Mastrilli Vandenynde suo marito presente... E l'Ill.mo cl.co D. Mario Mastrilli, filio di detti Ecc.mi Duchi e Duchessa, rettore e beneficiato... [*Instrumentum agit de emptione introituum et nos docet ducissam filio suo cessisse annuos ducatus quinque ex summa capitali centum duc.*].

Anno 1723, f.87. - Die 23 aprilis 1723 Mariliani... Costituto nella presenza nostra... D. Felice Cesarano, farmacista di Nola... E l'Ecc.ma D. Isabella Mastrilli, duchessa di d[a] Terra... in presenza dell'Ecc.mo D. Giovanni Mastrilli Vandeneynde suo marito... Instrumentum exhibet reclamationem medicamentarii seu pharmacopolae, quoniam « l'Ecc.mo D. Marcello Mastrilli, padre de la duchessa » tempore mortis tenebatur solvere « alla spettiaria [id est, pharmacopolae] la summa di settecento ducati ». Quibus respondit ducissa Isabella « non essere tenuta a pagare... per non essere erede del duca suo Marcello suo padre, ma che possedeva il suo Stato come erede fideicommissaria del qm. Giulio Mastrillo seniore ». Cum autem phasmacopola rem denuntiasset proregi neapolitano isque pro debito solvendo urgeret ducissam, haec partem saltem debiti liquare intendit ope huius instrumenti « per non acquistare nome di donna impontuale e per non essere noto a tutti ch'ella non è erede del duca suo padre ».

*Brevis adnotatio super Ducis devotione erga S. Franciscum Xaverium.*

Arch. di Stato, Caserta. Nicola Penna, an. 1717, f. 217v.

Die 15 octobris 1717 in Terra Mariliani... Costituto il R.do D. Lucantonio d'Argentio, parroco del casale di Vigniola... asserisce avanti a noi e dell'Ecc.mo Sig. D. Gio. Mastrillo Vandeneynde, marchese di Gallo e duca

di d^a^ Terra di Marigliano... possedere una casa grande con cellaro e giardino fruttato nel casale di Tufino... : have d° Sig. Duca per sua divotione edificato di fabrica una cappella dentro d^a^ chiesa parrocchiale... per riponerci il quadro del glorioso Apostolo delle Indie S. Francesco Saverio... : è stato mestiere pigliarsi certo vacuo proprio di d° D. Lucantonio... ». Pergit instrumentum, quo rata habetur ex parte D. Lucantonii cessio ultronea sui iuris.

## XIV

*D. Iosephus Crostarosa initio an. 1724 transfert eleemosynam dotalem filiarum suarum e conservatorio Marilianensi in monasterium Scalense.*

Arch. Notarile, Napoli. Domenico Pisani, an. 1724, f. 9 ss.

Instrumentum plures abhinc annos summatim trascripsi in archivo notarili neapolitano: quoniam in archivo Status, ubi interea protocolla sunt deposita, desideratur adhuc eorum ordinatio, nequivi nuper extrahere ab integro copiam completam. Ecce tamen instrumenti partes essentiales, pro scopo nostro hodierno sufficientes:

Die vigesima prima mensis januarij millesimo septingentesimo vigesimo quarto... Costituto nella nostra presenza il Sig. D. Giuseppe Cristarosa [*sic*], figlio del qm. D. Francesco Cristarosa, della città dell'Aquila, commorante da più anni in questa città di Napoli... Ed il Sig. D. Nicola Angelo Cennano di Napoli... Ed il Sig. D. Giovanni Criscuolo, procuratore generale del Ven. Monastero nuovamente eretto nella città di Scala, sotto la regola di S. Francesco di Sales...

Detto D. Giuseppe asserisce aver risoluto monacare le Signore Orsola, Giulia e Giovanna Cristarosa, sue tre figlie, con espresso consenso e libera volontà di esse... [*Unde statuit*] l'elemosina dotale di docati quattro cento per ciascuna di dette sue figlie, oltre del vitalizio... Oltre di ciò altri docati trecento per l'augmento della fabbrica [*Quorum intuitu adsignavit*] annui docati tredici, alla ragione di sei e mezzo per cento, conseguendi da Arcangelo d'Angerio del casale di Vitagliano (in virtù d'istromento del Notar D. Nicola Penna di Marigliano del 10 novembre 1719), pagati al monastero di S. Giuseppe e di S. Teresa di Marigliano... in conto delle elemosine dotali di sue figlie entrate in d° Conservatorio... e poi con altro stromento de' 16 ottobre 1723, stante la dimissione di d° Conservatorio, retroceduti ad esso Sig. D. Giuseppe dal d° Conservatorio, così per la sorte de' doc. 200 come dell'annui doc. 13 in virtù d'istromento di d° D. Nicola Penna.

Postea indicat praedia sua in civitate Aquilae, ex quibus trahi debet summa capitalis praecitata, atque subdit donationem: « Detto Sig. D. Giuseppe, conoscendo che d° monastero di Scala non per anche è finito s'obbligarà (oltre le doti) darli docati trecento per sussidio di d^a^ fabbrica col pagarli alla fine di maggio del corrente anno 1724... dovendosi spenderli per augmento di d^a^ fabbrica, et non altrimenti... Finalmente (fol. 19) D. Giuseppe costituisce a dette tre sue figlie loro vita durante... annui docati trenta, cioè docati dieci per ciascuna per loro vitalizio... E' qui presente D. Michele

Cristarosa, figlio di d° D. Giuseppe, il quale ha promesso... di far coltivare o affittare le suddette vigne... [*id est, praedia memorata ad sortem capitalem et ad eiusdem foenus obtinendum necessaria*].

Praesentibus... D. Petro Antonio Giannino regio consiliario
Ad.m R.P.D. Mauritio Filangieri praeposito piorum operariorum
Adm. R.P.D. Thoma Falcoya piorum operariorum
Carolo Giannino et F. Gio. Bª Leonetti ...

*Documenta adnexa (fol. 10) praecedenti instrumento*:

1. - *Instrumentum notarii Scalensis D. Dominici Verone*...

Die sexto februarii anni millesimo septingentesimo vigesimo quarto in civitate Scalarum, et proprie in Ven. Monasterio SS. Conceptionis Ordinis a Visitatione, instituti a S. Francesco di Sales sub regula S.cti Augustini monialium civium ejusdem civitatis et ante crates ferreas illius... Constitute in presenza nostra... la M. R. Sorore Mª Iosepha Schisano abbatissa, Mª Raphaele de Vito vicaria, Mª Caterina de Natale, Mª Arcangela Montes, Mª Seraphina Bellino, Mª Angela de Vito, Mª Cherubina de Natale, Mª Magdalena Pandolfo, Mª Gabriela Galdo et Mª Theresa Galdo... capitolarmente adunate... asseriscono come le Signore Ursula, Giulia et Giovanna Crostarosa..., avendo deliberato lasciare le vanità di questo mondo e servire a Dio benedetto in monasterio e monacarsi in quello et ivi menare vita religiosa sino alla di loro morte sotto l'ordine della Visitazione della Bª Vergine, istituto del glorioso S. Francesco di Sales sotto la regola di S. Agostino... [*ad quem scopum D. Ios. Crostarosa*] ha stabilito l'elemosina dotale di docati quattrocento per ciascheduna et altri docati trecento per l'aumento della fabbrica... »: Scalensis communitas ratum habet pactum, quod illius nomine procurator D. Ioannes Criscuolo subscripsit Neapoli.

2. - *Aliud notarii D. Dominici Verone instrumentum* exscribitur, quo sub die 31 ianuarii eiusdem anni 1724 D. Iosephus Crostarosa, D. Angelus Cennano et procurator D. Ioannes Criscuolo inter se conveniunt de conditionibus ac de ratihabitione.

3. - *Copia supplicationis*, qua D. Iosephus Crostarosa adiit episcopum Scalensem eumque edoctum reddidit de dotibus adsignatis pro «monacatione» suarum filiarum. Supplicationi adhaeret responsio Curiae Scalensis.

D. Giuseppe Crostarosa... rappresenta come desiderando monacare tre sue figlie nel monistero della Visitatione sotto le regole istituite da S. Francesco di Sales... ha accordato col P. Maurizio Filangieri ed il P. Tomaso Falcoja, Direttore di d° monistero di assignare per elemosina docati mille e duecento a ragione di 400 per ciascheduna, in modo cioè ducati 200 di capitale e per essi annui docati 13, che deve conseguire da Angelo d'Angerio di Vitagliano, i quali furono da d° D. Giuseppe pagati al monastero di S. Giuseppe e S. Teresa di Marigliano...

[*Ad calcem instrumenti*:] Visis... ex quibus constat implicationem duc. mille et bis centum capitalis dotium Sororis Mariae Evangelistae in saeculo Joannae Rosae [*sic*], Sororis Mariae Caelestis in saeculo Ursulae Rosae [*sic*], et Sororis Mariae Illuminatae in saeculo Juliae Marcellae Sanctae, filiarum D.ni Josephi Crostarosa... Episcopalis Curia decernit ut liceat D.no Joanni Criscuolo procuratori...

Datum... die 15 mensis januarii 1724.

Angelus Criscuolo Vic. Gen.lis

## XV

*Ulteriora instrumenta notarilia de dotibus Crostarosanis, primitus adiudicatis conservatorio Marilianensi.*

Arch. di Stato, Napoli. Prot. Not., Domenico Pisani, an. 1726, f. 288.

1. - *Ante professionem Sororum Crostarosa an. 1726.*

Die vigesima prima decembris millesimo septingentesimo vigesimo sexto Neapoli... Costituto dinanzi a noi D. Giovanni Criscuolo, Procuratore del Ven. Monistero della Visitatione dell'Ordine di S. Francesco di Sales della città di Scala... E li DD. SS.ri Michele e Giacomo Christarosa, figli del Sig. D. Giuseppe Christarosa, emancipati dalla patria potestà..., et in nome di D. Francesco Christarosa, loro Fratello, asseriscono come ali 31 genn° 1724 il loro comune padre s'obligò a pagare per le sue tre figlie, oltre delli doc. 400, de' quali s'obbligò il Sig. Nicola Angelo Cennano, e dell'assignamento di altri doc. 200 e per essi annuo doc. 13... di Arcangelo d'Angerio di Marigliano, e li restanti 600... Inoltre in sussidio della fabbrica altri doc. 300 pro una vice tantum...

E come fra giorni dette tre figlie, hoggi novitie sotto il nome di Suor Mª Illuminata, Suor Mª Evangelista... dovranno fare la di loro professione o sia oblatione, perciò i detti fratelli, volendo aggiungere a cautela..., vogliono esser tenuti insieme con d° lor padre al pagamento... [*Pergunt solitae prolixae clausulae super conditionibus et cautelis ad pactum exsequendum*].

Adnectitur instrumentum notarii Palmerini de Mari, cuius gratia die 27 septembris eiusdem anni 1726 D. Iosephus Crostarosa « ob maximum amorem et dilectionem, quem gerere dixit erga Ill. D. Franciscum, D. Michelem et D. Jacobum Crostarosa ejus filios, et ob nonnulla grata et accepta servitia sibi a dictis filiis praestita promptamque eorum obedientiam..., ex certa scientia et mera liberalitate motumque proprio libere emancipavit a sua patria potestate ».

2. - *Post triennium ob mortem D. Nicolai A. Cennano redit an. 1729 quaestio de dotibus Crostarosanis.*

Ibid., Domenico Pisani, an. 1729, f. 167v.

Die vigesima decembris millesimo septingentesimo vigesimo nono Neapoli... Costituto avanti di noi il Sig. D. Giuseppe Christarosa... Ed il Sig. D.

Giovanni Criscuolo, Procuratore del Ven. monastero della Visitatione di Scala... asserisce qualmente il Sig. Nic. Cennano si obbligò a pagare al monastero doc. 20 con il capitale di doc. 400... Hoc debitum recognovit in suo testamento praefatus Nicolaus Cennano ac moriens declaravit quomodo esset solvendum: quamobrem D. Iosephus Crostarosa hoc novo instrumento notarili confirmavit suas obligationes erga monasterium Scalense. Adiunguntur copiae aliorum instrumentorum super eadem materia.